Germ. sp. 127 ed / 4

<36612300540015
<36612300540015
Bayer. Staatsbibliothek

QUELLEN

zur

Geschichte der Stadt Köln.

VIERTER BAND.

Herausgegeben

von

Dr. Leonard Ennen,

Archivar der Stadt Köln.

Mit vier Tafeln.

KÖLN, 1870.

Verlag der M. DuMont-Schauberg'schen Buchhandlung.

Druck von M. DuMont-Schauberg.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

SEINER KÖNIGLICHEN HOHEIT

dem Grossherzog KARL ALEXANDER

von Sachsen-Weimar-Eisenach

in tiefster Ehrfurcht gewidmet

von

Leonard Ennen.

Germ. sp. 127 ed/4

<36612300540015

<36612300540015

Bayer. Staatsbibliothek

QUELLEN

zur

Geschichte der Stadt Köln.

VIERTER BAND.

Herausgegeben

von

Dr. Leonard Ennen,

Archivar der Stadt Köln.

Mit vier Tafeln.

KÖLN, 1870.

Verlag der M. DuMont-Schauberg'schen Buchhandlung.

Druck von M. DuMont-Schauberg.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

SEINER KÖNIGLICHEN HOHEIT

dem Grossherzog KARL ALEXANDER
von Sachsen-Weimar-Eisenach

in tiefster Ehrfurcht gewidmet

von

Leonard Ennen.

Vorwort.

Der vierte Band der „Quellen zur Geschichte der Stadt Köln“ enthält die im Stadt-Archiv ruhenden, auf die Geschichte der Stadt bezüglichen Urkunden vom Jahre 1311 bis zum Jahre 1372 einschliesslich. Mit dem Jahre 1372, dem Unterliegen der übermüthigen Weber, schliesst ein bedeutungsvoller Abschnitt in der Geschichte der Stadt. Aus dem unter Nr. 554 mitgetheilten Briefe ergiebt sich, dass die unter dem Namen „Weberschlacht“ bekannten Kämpfe zwischen dem aristokratischen und dem demokratischen Elemente nicht im Winter 1372, wie die Köhlhoff'sche Chronik angiebt, sondern früher Statt gefunden haben. Der fünfte Band wird die Urkunden umfassen, welche der Zeit von der Niederschlagung des Weberaufstandes bis zur vollständigen Ausbildung der auf der Revolution von 1396 beruhenden demokratischen Verfassung angehören. Schon in den vorliegenden Band hat eine grosse Menge von minderwichtigen Urkunden nicht aufgenommen werden können. In erhöhtem Maasse wird dieses bei den folgenden Bänden der Fall sein. Das für die Geschichte des 15., 16. und 17. Jahrhunderts zu verwerthende Material ist so massenhaft, dass es geboten erscheint, nur das Allerwichtigste für den Druck auszuwählen. Besondere Schwierigkeiten machen die in den Missivenbüchern enthaltenen Briefcopien. Diese Copien, vielfach von schlecht geschulten Schreibern in die Missivenbücher eingetragen, haben eine Menge von offenbaren Unrichtigkeiten, graphischen und Constructionsfehlern. In den meisten Fällen gelingt

es, den richtigen Text des Originals herzustellen. Vorläufig wird noch davon Abstand genommen, ausführliche sprachliche Erläuterungen beizufügen. Sobald das Urkundenbuch bis zu der Zeit gediehen ist, wo der Gebrauch der altkölnischen Sprache in den Urkunden aufhört, wird ein erklärendes Wörterbuch für die bis dahin erschienenen Bände beigefügt werden.

Köln, im Mai 1870.

Dr. Ennen.

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MUENCHEN

Nr. 1.

Graf Gerhard von Jülich verspricht, jeden kölner Bürger, der etwa wegen eines zu Gunsten des Grafen gefällten Urtheils angesprochen werden sollte, auf alle Weise zu vertreten. — 1311, 25. Februar.

Nos Gerhardus comes Juliacensis universis presentes litteras visuris 1311
et audituris, notum facimus, si Richardus canonicus ecclesie beate Marie Traiectensis filius quondam Bertolini burgravii nostri Werdensis et Mattilynn gener ipsius Bertolini vel aliquis nomine eorundem fecerint aliquam requisitionem seu allocutionem super bonis, que dictus Bertolinus reliquit et que ex parte nostra et Lodewici filii nostri Colonie cum iudicio fuerant arrestata et nobis nunc sunt assignata, aliquem de civibus Coloniensibus impetendo, quod pro hoc tenebimur respondere et nullam compositionem iniemus quoquomodo nec faciemus cum eisdem Richardo et Mattilynno, nisi renunciaverint super civitate civibusque Coloniensibus et super Johanne Overstoltz scabino Coloniensi de premissis, fraude et dolo in hiis exclusis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo undecimo, in crastino beati Mathie apostoli.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das kleine Siegel mit dem rechtsspringenden Löwen gut erhalten.

Nr. 2.

Erzbischof Heinrich II. verpfändet dreien Lombarden den Zoll und die meisten andern Einkünfte zu Rheinberg für eine Schuld von 1540 Mark 8 Schilling. — Köln 1311, 30. August.

Nos Henricus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, universis presentia visuris et audituris, notum facimus, quod ex causa mutui tam in parata pecunia

1311 quam in aliis bonis et rebus nobis facti, tum pro theloneo per serenissimum dominum nostrum dominum Henricum Romanorum regem in Ludensdorp posito et ad nostros et ecclesie nostre usus redimendo et ad Bunnam transferendo, tum in aliis necessitatibus ecclesie nostre creditis et in utilitatem eiusdem ecclesie nostre conversis tenemur et obligati sumus Opicino Grasverdi dicto Petrus et Hennekino nato eiusdem ac Rolando dicto Cassino, Lombardis, civibus Ostiensibus, de universis debitis in mille quingentis et quadraginta marcis et octo solidis denariorum Brabantinorum, de qua summa pecunie adhuc pro [1]) septingentis et undecim marcis et sex solidis denariorum Brabantinorum ex quadam majore summa litteras nostras nostro et capituli nostri Coloniensis sigillis sigillatas habent atque tenent, quas ipsis in omni forma usque ad perceptionem integram dicte summe pro ea parte, pro qua eam adhuc non habent, volumus esse salvas. Cupientes itaque, ut de debito antiquo in dictis litteris nunc extante, ut est dictum, secundum litteras easdem et de novo debito nunc contracto et nobis credito ipsis satisfiat, cuius quidem debiti novi summa ad octingentas et viginti novem marcas denariorum Brabantinorum se extendit, posuimus et instituimus exnunc eosdem Lombardos in possessionem et perceptionem omnium obventionum thelonei nostri Berke ac aliorum reddituum et proventuum nostrorum ibidem, siligine tamen et avena inter ipsos redditus hoc anno resultantes seu provenientes pro expensis officiati et amicorum nostrorum ibidem in castro nostro habendis ab hiis exceptis, quos nobis volumus reservari, sic quod per nuncium suum, quem ad hoc deputaverint, qui sub protectione et expensis nostris ibidem stabit, percipiant, levent, percipi et levari faciant obventiones et redditus ipsius thelonei nostri ac alios redditus et proventus nostros ibidem quoscunque, promittentes bona fide, eosdem Lombardos seu eorum nuncium aut illum, qui litteram praesentem ipsorum nomine habuerit, in possessione et perceptione reddituum thelonei et obventionum et proventuum nostrorum predictorum tenere et defendere, quousque supradictam pecunie summam ad bonam et iustam computationem receperint et rehabuerint de theloneo et redditibus nostris antedictis, hoc adiecto quod dictam pecuniam, quam pro tempore receperint in theloneo et redditibus, eisdem nos vel officiati nostri ipsis usque in civitatem Coloniensem, dum de hoc nos vel vices nostras in absentia nostra gerentes requisierint, conduci faciemus, et si in via dicta pecunia eis auferretur violenter in aquis vel in terra, illud dampnum nobis et non eis debebit imputari. Si vero quod absit dicti Lombardi seu eorum nuncii aut alii ab eis ad dictam pecuniam recipien-

[1]) Die Handschrift hat per.

dam deputati ante plenariam solutionem dicte pecunie a possessione et 1311
perceptione thelonei et reddituum eorundem eiicerentur vel amoverentur quocumque casu contingente, ita quod non possent tollere et percipere redditus antedictos, poterunt dicti Lombardi, postquam per se vel nuncios suos nobis, illi vel illis, cui aut quibus in nostra absentia committimus vices nostras, hec intimaverint, si impedimenta huiusmodi eis non deposuerimus, extunc pecuniam de prefata summa eis residuam recipere ad usuram iudeorum vel custus [1]) cawercinorum vel alibi, ita quod super quamlibet marcam unus denarius ascendat qualibet septimana, que dampna et interesse per fidem suam poterunt declarare. Ut antedicti Lombardi de hiis omnibus magis cauti et securi existant, posuimus et ponimus eis fideiussores nostros, videlicet Ernestum decanum Coloniensem et archidyaconum, Gerardum archidyaconum Treverensem, Wernerum prepositum ecclesie sancte Marie ad gradus Coloniensis, consanguineos nostros, ac Johannem dominum de Rifferschet nec non Johannem de Plettenbracht marscalcum nostrum Westphalie, Hermannum dominum de Rennenberg, Cononem marscalcum de Alftere, Godefridum camerarium de Bachem, Rutgerum burgravium de Drakenvils et Arnoldum de Bachem, milites, Hermannum de Bachem, Arnoldum dictum Umbeschedene, Reynardum, Adam et Fredericum fratres dictos de Fovea, qui se pro nobis apud ipsos Lombardos obligantes fideiusserunt tamquam boni fideiussores et quilibet eorum insolidum sub forma infrascripta, videlicet quod si dicti Lombardi seu nomine eorum dictos redditus colligentes eiicerentur seu amoverentur quocumque modo a perceptione thelonei memorati, quod dicti decanus Gerardus archidyaconus, Wernerus prepositus et Johannes dominus de Rifferschet per se ipsos, reliqui vero fideiussores quilibet eorum famulum unum legalem cum equo Coloniam intrabunt ad iacendum ibidem in honesto hospitio per ipsos Lombardos seu alterum ipsorum ipsis demonstrando more bonorum fideiussorum abinde non recessuri, nosque pro nobis, si in partibus fuerimus, unum militem ponemus ad iacendum, nec aliquis fideiussorum predictorum partem suam solvendo liberabitur, quousque ipsis Lombardis de pecunia ipsius pro tempore deficiente satisfiat ac de dampno cum principali debito, ut est dictum. Thelonearii etiam nostri nunc vel pro tempore existentes, quibus hoc extunc ut exnunc committimus, per fidem suam corporaliter prestitam promittent, quod ipsis Lombardis antedicta in singulis suis articulis absque dolo fideliter teneant et observent. Poterit etiam quilibet dictorum Lombardorum debitum huiusmodi requirere et exigere, et tenebimur eidem aut omnibus

[1]) Die Handschrift hat custos; custus = sumptus, expensae.

1311 ipsis duobus aut uni ex eis has litteras presentanti aut alii cuicunque nomine ipsorum has litteras habenti satisfacere iuxta formam predictam de debito memorato. Si etiam aliquem predictorum fideiussorum nostrorum decedere contingeret, antequam ipsis Lombardis de dicta pecunia et dampno satisfieret, ut est dictum, alium eque bonum fideiussorem infra mensem, si in partibus fuerimus, alias vices nostras gerentes, postquam super hoc ex parte ipsorum Lombardorum vel alterius [1]) ipsorum moniti fuerimus seu fuerint, subrogabimus vel subrogabunt loco sui, qui se modo consimili, sicut defunctus obligatus exstiterat, obligabit, alias superstites [2]) fideiussores moniti iacentiam eandem intrabunt non exituri, quousque fideiussor alius fuerit subrogatus. Que omnia et singula ipsis Lombardis fide prestita corporali promittimus· observare, renunciantes omnibus exceptionibus facti et iuris tam canonici quam civilis ac litteris impetratis vel impetrandis et specialiter legi illi, qua cavetur generalem exceptionem non valere ac aliis omnibus exceptionibus, que nobis contra premissa suffragari possent, et ipsos Lombardos quomodolibet impedire. In cuius rei testimonium presentes litteras ipsis Lombardis nostro, capituli nostri Coloniensis ac fideiussorum nostrorum predictorum nec non fratris Everardi commendatoris hospitalis beate Marie Iheros. domus Teutonice germani nostri, qui promisit pro nobis laborare et efficere fideliter, ut ipsis Lombardis satisfiat iuxta formam supradictam, sigillis tradidimus communitas. Et nos decanus et capitulum ecclesie Coloniensis ad preces reverendi in Christo patris ac domini nostri domini Henrici Coloniensis archiepiscopi predicti sigillum nostrum in horum testimonium duximus presentibus apponendum. Nos etiam Ernestus dei gratia decanus Coloniensis et archidyaconus, Gerardus archidyaconus Treverensis, Wernerus prepositus ecclesie beate Marie ad gradus Coloniensis nec non Johannes dominus de Rifferschet predicti obligantes nos et quemlibet nostrum insolidum principaliter et personaliter fiduciantes et assecurantes per presentes fide prestita corporali pro dicto domino nostro apud ipsos Lombardos pro pecunia et dampno supradictis nec non Johannes de Plettenbracht marscalcus Westphalie, Hermannus dominus de Rennenberg, Cono marscalcus de Alftere, Godefridus camerarius, Rutgerus burgravius, Arnoldus de Bachem, milites, Hermannus de Bachem, Arnoldus Umbeschedene, Reynardus, Adam et Fredericus fratres de Fovea, fideiussores predicti, astringentes nos et quemlibet nostrum ad observantiam premissorum sub forma predicta sigilla nostra, qui sigilla habemus et quorum sigilla sunt apposita in horum testimonium

[1]) Die Handschrift hat alterum.

[2]) Die Handschrift hat superstes.

et firmitatem hiis litteris duximus apponenda. Nos vero qui sigilla 1311
non habemus vel quorum sigilla non sunt appensa, profitemur nos uti sigillis confideiussorum nostrorum predictorum. Nos vero frater Everhardus commendator predictus promittentes bona fide per presentes efficere et ad hoc, ut dictis Lombardis iuxta formam predictam satisfiat, absque dolo quantum possumus fideliter laborare, sigillum nostrum in horum evidentiam duximus presentibus apponendum.

Datum Colonie anno domini millesimo trecentesimo undecimo in crastino decollationis beati Johannis baptiste.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel des Erzbischofs und das des Domcapitels sehr verletzt; das dritte zeigt noch von der Umschrift: S. Ernesti dei grat.... ecclesie Col., das vierte: S. Gerhardi Virnils as....nsis; die übrigen abgefallen.

Nr. 3.

Erzbischof Heinrich II. bestätigt die Stiftung des für bekehrte Juden und für Arme und Kranke gegründeten Hospitals im Pfarrbezirk des Dechanten von St. Cunibert unter den mit dem Capitel von St. Cunibert vereinbarten Bedingungen. — Köln, 1311, im August.

In nomine domini amen. Nos Henricus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius ad perpetuam rei memoriam. Notum esse volumus universis, quod cum alias dilectorum in Christo Stristrami Lombardi, officialis[1]) nostri Adolphi ac Wedekindi de Revel civium Coloniensium zelo dei ferventium devotione inducti, qui domos et structuras quasdam sitas infra limites parrochie sancti Cuniberti Coloniensis dictas Grunewaldt pecuniis suis propriis emerunt ad inhabitationes et sepulturas iudeorum de novo conversorum et convertendorum in posterum ac etiam pauperum et debilium personarum, ibidem hospitale et oratorium fundari, erigi et sacrari cum cymiterio impensis et expensis indulserimus, iidem tandem fundatores cum capitulo prefate ecclesie sancti Cuniberti et decano ibidem plebano loci super iure huiusmodi mediantibus probis viris concordarunt in hunc modum, videlicet quod in signum subiectionis et appendicii omnes oblationes, quas infra missas supra altare seu altaria eiusdem oratorii exnunc inantea celebrandas offerri contigerit, prefato decano loci plebano cedent et per provisorem eiusdem hospitalis bona fide integraliter assignabunt. Item persone in eodem loco degentes suberunt eidem decano seu eius vices gerenti aut cui commiserit in

[1]) Die Handschrift hat officiali.

1311 confessionibus et sacramentorum receptione, nec sepelientur ibidem aliqui preterquam huiusmodi conversi et pauperes ac servitores eorundem, nullis extraneis ibidem quanquam eligerint ad sepulturam admittendis, nisi prius consensus prefati decani accedat. Item si circa sepeliendos ibidem cereos poni contigerit circa feretrum, salvum erit thesaurario ecclesie sancti Cuniberti predicte idem ius, quod in huiusmodi cereis obtineret, si huiusmodi defunctorum corpora ad matricem ecclesiam deferrentur. Item si domino annuente per eleemosynas fidelium in posterum huiusmodi altare seu altaria dotari contingeret certis et annuis redditibus ad stipendium et beneficium sacerdotis celebrantis et celebraturi ibidem, huiusmodi beneficii collatio et sacerdotis institutio perpetuo ad ipsum decanum spectabit aliis supradictis articulis et conditionibus in suo robore duraturis. Qui decanus plebanus loci quotiens huiusmodi institutum male sive incontinentis vite nec utilem ipsi hospitali compererit, alium ibidem idoneum preficere non omittet. Que omnia et singula quia prefati fundatores decanus et capitulum nostra authoritate et consensu capituli nostri Coloniensis fulciri petiverunt, robur eis perpetue impendimus firmitatis precipientes ea sub anathematis vinculo hincinde inviolabiliter observari.

In cuius rei testimonium presentes fecimus nostro nec non ipsius capituli nostri Coloniensis ac predictorum decani et capituli sancti Cuniberti sigillis communiri. Nos et decanus et capitulum Coloniense in signum consensus nostri sigillo ecclesie nostre presentes duximus muniendas. Similiter nos etiam decanus et capitulum ecclesie sancti Cuniberti predicte profitemur premissa de consensu nostro acta fore et nostrum sigillum presentibus appendisse.

Datum Colonie anno domini millesimo trecentesimo undecimo mense augusto.

Aus Gelenii farr. t. V. p. 93.

Nr. 4.

Bruno von Ossendorf und Gemahlin verzichten auf alle Ansprüche, welche sie gegen die Stadt Köln wegen des bei Rumdorp erlittenen Schadens erheben könnten. — 1311, 10. November.

Universis presentes litteras visuris et audituris, nos Bruno de Oissendorp et Druda uxor eius legitima notum facimus, quod coniuncta manu pro nobis, pueris nostris et heredibus super omni actione et querela, quam habuimus adversus honorabiles viros cives et civitatem Coloniensem ratione dampni, quod nobis apud Rûmdorp intulerunt in bonis nostris, renunciavimus et renunciamus, effestucavimus et effestucamus

pure, simpliciter et omnino per presentes et fatemur, nos cum ipsis per 1311
omnia reconciliatos esse et complanatos de premissis sine dolo. Super hiis in testimonium atque fidem rogavimus honestos viros dominos Johannem de Hersele et Abelonem dictum Dürre de Bünna, milites, ut sigilla sua pro nobis ducerent presentibus appendenda, sub quibus sigillis nos obligamus bona fide ad observantiam premissorum sine dolo. Et nos Johannes et Abelo milites predicti fatemur, quod ad petitionem et preces Brunonis et Drude coniugum predictorum sigilla nostra duximus presentibus appendenda.

Datum anno domini millesimo trecentesimo undecimo, in vigilia beati Martini episcopi.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das erste dreieckige Siegel hat die Umschrift: S. Johannis de Hersele militis, das zweite: S. Obeli de Durre....

Nr. 5.

Der Provisor und der Meister des Hospitals von St. Andreas genehmigen die Schenkung der Hälfte des Hauses zum Vüigsgin an das Hospital. 1311, 10. November.

In nomine domini amen. Universis presens scriptum visuris et audituris, nos Godefridus de Helden decanus ecclesie sancti Andree Coloniensis, provisor, et Albertus magister hospitalis dicte ecclesie sancti Andree salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod cum bone memorie quondam Hermannus de Eyderen civis Coloniensis medietatem domus site in parrochia sancti Pauli in platea, que dicitur Smirstraze, quam a Guda sorore quondam Gobelini dicti Vuisgin et a dicte Gude liberis heredibus comparavit titulo venditionis, causa mortis ob honorem dei et pro salute anime sue hospitali sancti Andree predicto legaverit et donaverit post obitum suum donatione libera ad commodiorem sustentationem pauperum et infirmorum in eo decumbentium, ea tamen conditione, quod dicta domus ullo umquam tempore ab ipso hospitali vendi aut alienari nec posset nec deberet, prout in carta officiatorum domus apud Nyederich super hoc confecta plenius est expressum. Nos igitur piam ordinationem observari inviolabiliter cupientes pro nobis et provisoribus, magistris dicti hospitalis et nostris pro tempore successoribus bona fide promittimus et nos et eosdem in hiis scriptis firmiter ad hoc obligamus, quod dicta medietas domus aliqua necessitate aut occasione urgente ullo venditionis, impignorationis, obligationis aut quocumque alio alienationis titulo a dicto hospitali non alienabitur, non distrahetur non scindetur, sed cedet in usus pauperum et infirmorum ibidem, sicut est et erat principaliter ordinata. In cuius rei testimonium et firmi-

1311 quam in aliis bonis et rebus nobis facti, tum pro theloneo per serenissimum dominum nostrum dominum Henricum Romanorum regem in Ludensdorp posito et ad nostros et ecclesie nostre usus redimendo et ad Bunnam transferendo, tum in aliis necessitatibus ecclesie nostre creditis et in utilitatem eiusdem ecclesie nostre conversis tenemur et obligati sumus Opicino Grasverdi dicto Petrus et Hennekino nato eiusdem ac Rolando dicto Cassino, Lombardis, civibus Ostiensibus, de universis debitis in mille quingentis et quadraginta marcis et octo solidis denariorum Brabantinorum, de qua summa pecunie adhuc pro[1]) septingentis et undecim marcis et sex solidis denariorum Brabantinorum ex quadam majore summa litteras nostras nostro et capituli nostri Coloniensis sigillis sigillatas habent atque tenent, quas ipsis in omni forma usque ad perceptionem integram dicte summe pro ea parte, pro qua eam adhuc non habent, volumus esse salvas. Cupientes itaque, ut de debito antiquo in dictis litteris nunc extante, ut est dictum, secundum litteras easdem et de novo debito nunc contracto et nobis credito ipsis satisfiat, cuius quidem debiti novi summa ad octingentas et viginti novem marcas denariorum Brabantinorum se extendit, posuimus et instituimus exnunc eosdem Lombardos in possessionem et perceptionem omnium obventionum thelonei nostri Berke ac aliorum reddituum et proventuum nostrorum ibidem, siligine tamen et avena inter ipsos redditus hoc anno resultantes seu provenientes pro expensis officiati et amicorum nostrorum ibidem in castro nostro habendis ab hiis exceptis, quos nobis volumus reservari, sic quod per nuncium suum, quem ad hoc deputaverint, qui sub protectione et expensis nostris ibidem stabit, percipiant, levent, percipi et levari faciant obventiones et redditus ipsius thelonei nostri ac alios redditus et proventus nostros ibidem quoscunque, promittentes bona fide, eosdem Lombardos seu eorum nuncium aut illum, qui litteram praesentem ipsorum nomine habuerit, in possessione et perceptione reddituum thelonei et obventionum et proventuum nostrorum predictorum tenere et defendere, quousque supradictam pecunie summam ad bonam et iustam computationem receperint et rehabuerint de theloneo et redditibus nostris antedictis, hoc adiecto quod dictam pecuniam, quam pro tempore receperint in theloneo et redditibus, eisdem nos vel officiati nostri ipsis usque in civitatem Coloniensem, dum de hoc nos vel vices nostras in absentia nostra gerentes requisierint, conduci faciemus, et si in via dicta pecunia eis auferretur violenter in aquis vel in terra, illud dampnum nobis et non eis debebit imputari. Si vero quod absit dicti Lombardi seu eorum nuncii aut alii ab eis ad dictam pecuniam recipien-

[1]) Die Handschrift hat per.

dam deputati ante plenariam solutionem dicte pecunie a possessione et 1311
perceptione thelonei et reddituum eorundem eiicerentur vel amoverentur quocumque casu contingente, ita quod non possent tollere et percipere redditus antedictos, poterunt dicti Lombardi, postquam per se vel nuncios suos nobis, illi vel illis, cui aut quibus in nostra absentia committimus vices nostras, hec intimaverint, si impedimenta huiusmodi eis non deposuerimus, extunc pecuniam de prefata summa eis residuam recipere ad usuram iudeorum vel custus [1]) cawercinorum vel alibi, ita quod super quamlibet marcam unus denarius ascendat qualibet septimana, que dampna et interesse per fidem suam poterunt declarare. Ut antedicti Lombardi de hiis omnibus magis cauti et securi existant, posuimus et ponimus eis fideiussores nostros, videlicet Ernestum decanum Coloniensem et archidyaconum, Gerardum archidyaconum Treverensem, Wernerum prepositum ecclesie sancte Marie ad gradus Coloniensis, consanguineos nostros, ac Johannem dominum de Rifferschet nec non Johannem de Plettenbracht marscalcum nostrum Westphalie, Hermannum dominum de Rennenberg, Cononem marscalcum de Alftere, Godefridum camerarium de Bachem, Rutgerum burgravium de Drakenvils et Arnoldum de Bachem, milites, Hermannum de Bachem, Arnoldum dictum Umbeschedene, Reynardum, Adam et Fredericum fratres dictos de Fovea, qui se pro nobis apud ipsos Lombardos obligantes fideiusserunt tamquam boni fideiussores et quilibet eorum insolidum sub forma infrascripta, videlicet quod si dicti Lombardi seu nomine eorum dictos redditus colligentes eiicerentur seu amoverentur quocumque modo a perceptione thelonei memorati, quod dicti decanus Gerardus archidyaconus, Wernerus prepositus et Johannes dominus de Rifferschet per se ipsos, reliqui vero fideiussores quilibet eorum famulum unum legalem cum equo Coloniam intrabunt ad iacendum ibidem in honesto hospitio per ipsos Lombardos seu alterum ipsorum ipsis demonstrando more bonorum fideiussorum abinde non recessuri, nosque pro nobis, si in partibus fuerimus, unum militem ponemus ad iacendum, nec aliquis fideiussorum predictorum partem suam solvendo liberabitur, quousque ipsis Lombardis de pecunia ipsius pro tempore deficiente satisfiat ac de dampno cum principali debito, ut est dictum. Thelonearii etiam nostri nunc vel pro tempore existentes, quibus hoc extunc ut exnunc committimus, per fidem suam corporaliter prestitam promittent, quod ipsis Lombardis antedicta in singulis suis articulis absque dolo fideliter teneant et observent. Poterit etiam quilibet dictorum Lombardorum debitum huiusmodi requirere et exigere, et tenebimur eidem aut omnibus

[1]) Die Handschrift hat custos; custus = sumptus, expensae.

1311 ipsis duobus aut uni ex eis has litteras presentanti aut alii cuicunque nomine ipsorum has litteras habenti satisfacere iuxta formam predictam de debito memorato. Si etiam aliquem predictorum fideiussorum nostrorum decedere contingeret, antequam ipsis Lombardis de dicta pecunia et dampno satisfieret, ut est dictum, alium eque bonum fideiussorem infra mensem, si in partibus fuerimus, alias vices nostras gerentes, postquam super hoc ex parte ipsorum Lombardorum vel alterius [1]) ipsorum moniti fuerimus seu fuerint, subrogabimus vel subrogabunt loco sui, qui se modo consimili, sicut defunctus obligatus exstiterat, obligabit, alias superstites [2]) fideiussores moniti iacentiam eandem intrabunt non exituri, quousque fideiussor alius fuerit subrogatus. Que omnia et singula ipsis Lombardis fide prestita corporali promittimus· observare, renunciantes omnibus exceptionibus facti et iuris tam canonici quam civilis ac litteris impetratis vel impetrandis et specialiter legi illi, qua cavetur generalem exceptionem non valere ac aliis omnibus exceptionibus, que nobis contra premissa suffragari possent, et ipsos Lombardos quomodolibet impedire. In cuius rei testimonium presentes litteras ipsis Lombardis nostro, capituli nostri Coloniensis ac fideiussorum nostrorum predictorum nec non fratris Everardi commendatoris hospitalis beate Marie Iheros. domus Teutonice germani nostri, qui promisit pro nobis laborare et efficere fideliter, ut ipsis Lombardis satisfiat iuxta formam supradictam, sigillis tradidimus communitas. Et nos decanus et capitulum ecclesie Coloniensis ad preces reverendi in Christo patris ac domini nostri domini Henrici Coloniensis archiepiscopi predicti sigillum nostrum in horum testimonium duximus presentibus apponendum. Nos etiam Ernestus dei gratia decanus Coloniensis et archidyaconus, Gerardus archidyaconus Treverensis, Wernerus prepositus ecclesie beate Marie ad gradus Coloniensis nec non Johannes dominus de Rifferschet predicti obligantes nos et quemlibet nostrum insolidum principaliter et personaliter fiduciantes et assecurantes per presentes fide prestita corporali pro dicto domino nostro apud ipsos Lombardos pro pecunia et dampno supradictis nec non Johannes de Plettenbracht marscalcus Westphalie, Hermannus dominus de Rennenberg, Cono marscalcus de Alftere, Godefridus camerarius, Rutgerus burgravius, Arnoldus de Bachem, milites, Hermannus de Bachem, Arnoldus Umbeschedene, Reynardus, Adam et Fredericus fratres de Fovea, fideiussores predicti, astringentes nos et quemlibet nostrum ad observantiam premissorum sub forma predicta sigilla nostra, qui sigilla habemus et quorum sigilla sunt apposita in horum testimonium

[1]) Die Handschrift hat alterum.

[2]) Die Handschrift hat superstes.

et firmitatem hiis litteris duximus apponenda. Nos vero qui sigilla 1311
non habemus vel quorum sigilla non sunt appensa, profitemur nos uti sigillis confideiussorum nostrorum predictorum. Nos vero frater Everhardus commendator predictus promittentes bona fide per presentes efficere et ad hoc, ut dictis Lombardis iuxta formam predictam satisfiat, absque dolo quantum possumus fideliter laborare, sigillum nostrum in horum evidentiam duximus presentibus apponendum.

Datum Colonie anno domini millesimo trecentesimo undecimo in crastino decollationis beati Johannis baptiste.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel des Erzbischofs und das des Domcapitels sehr verletzt; das dritte zeigt noch von der Umschrift: S. Ernesti dei grat.... ecclesie Col., das vierte: S. Gerhardi Virnils as....nsis; die übrigen abgefallen.

Nr. 3.

Erzbischof Heinrich II. bestätigt die Stiftung des für bekehrte Juden und für Arme und Kranke gegründeten Hospitals im Pfarrbezirk des Dechanten von St. Cunibert unter den mit dem Capitel von St. Cunibert vereinbarten Bedingungen. — Köln, 1311, im August.

In nomine domini amen. Nos Henricus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius ad perpetuam rei memoriam. Notum esse volumus universis, quod cum alias dilectorum in Christo Stristrami Lombardi, officialis[1]) nostri Adolphi ac Wedekindi de Revel civium Coloniensium zelo dei ferventium devotione inducti, qui domos et structuras quasdam sitas infra limites parrochie sancti Cuniberti Coloniensis dictas Grunewaldt pecuniis suis propriis emerunt ad inhabitationes et sepulturas iudeorum de novo conversorum et convertendorum in posterum ac etiam pauperum et debilium personarum, ibidem hospitale et oratorium fundari, erigi et sacrari cum cymiterio impensis et expensis indulserimus, iidem tandem fundatores cum capitulo prefate ecclesie sancti Cuniberti et decano ibidem plebano loci super iure huiusmodi mediantibus probis viris concordarunt in hunc modum, videlicet quod in signum subiectionis et appendicii omnes oblationes, quas infra missas supra altare seu altaria eiusdem oratorii exnunc inantea celebrandas offerri contigerit, prefato decano loci plebano cedent et per provisorem eiusdem hospitalis bona fide integraliter assignabunt. Item persone in eodem loco degentes suberunt eidem decano seu eius vices gerenti aut cui commiserit in

[1]) Die Handschrift hat officiali.

1311 confessionibus et sacramentorum receptione, nec sepelientur ibidem aliqui preterquam huiusmodi conversi et pauperes ac servitores eorundem, nullis extraneis ibidem quanquam eligerint ad sepulturam admittendis, nisi prius consensus prefati decani accedat. Item si circa sepeliendos ibidem cereos poni contigerit circa feretrum, salvum erit thesaurario ecclesie sancti Cuniberti predicte idem ius, quod in huiusmodi cereis obtineret, si huiusmodi defunctorum corpora ad matricem ecclesiam deferrentur. Item si domino annuente per eleemosynas fidelium in posterum huiusmodi altare seu altaria dotari contingeret certis et annuis redditibus ad stipendium et beneficium sacerdotis celebrantis et celebraturi ibidem, huiusmodi beneficii collatio et sacerdotis institutio perpetuo ad ipsum decanum spectabit aliis supradictis articulis et conditionibus in suo robore duraturis. Qui decanus plebanus loci quotiens huiusmodi institutum male sive incontinentis vite nec utilem ipsi hospitali compererit, alium ibidem idoneum preficere non omittet. Que omnia et singula quia prefati fundatores decanus et capitulum nostra authoritate et consensu capituli nostri Coloniensis fulciri petiverunt, robur eis perpetue impendimus firmitatis precipientes ea sub anathematis vinculo hincinde inviolabiliter observari.

In cuius rei testimonium presentes fecimus nostro nec non ipsius capituli nostri Coloniensis ac predictorum decani et capituli sancti Cuniberti sigillis communiri. Nos et decanus et capitulum Coloniense in signum consensus nostri sigillo ecclesie nostre presentes duximus muniendas. Similiter nos etiam decanus et capitulum ecclesie sancti Cuniberti predicte profitemur premissa de consensu nostro acta fore et nostrum sigillum presentibus appendisse.

Datum Colonie anno domini millesimo trecentesimo undecimo mense augusto.

Aus Gelenii farr. t. V. p. 93.

Nr. 4.

Bruno von Ossendorf und Gemahlin verzichten auf alle Ansprüche, welche sie gegen die Stadt Köln wegen des bei Rumdorp erlittenen Schadens erheben könnten. — 1311, 10. November.

Universis presentes litteras visuris et audituris, nos Bruno de Oissendorp et Druda uxor eius legitima notum facimus, quod coniuncta manu pro nobis, pueris nostris et heredibus super omni actione et querela, quam habuimus adversus honorabiles viros cives et civitatem Coloniensem ratione dampni, quod nobis apud Růmdorp intulerunt in bonis nostris, renunciavimus et renunciamus, effestucavimus et effestucamus

pure, simpliciter et omnino per presentes et fatemur, nos cum ipsis per omnia reconciliatos esse et complanatos de premissis sine dolo. Super hiis in testimonium atque fidem rogavimus honestos viros dominos Johannem de Hersele et Abelonem dictum Dûrre de Bûnna, milites, ut sigilla sua pro nobis ducerent presentibus appendenda, sub quibus sigillis nos obligamus bona fide ad observantiam premissorum sine dolo. Et nos Johannes et Abelo milites predicti fatemur, quod ad petitionem et preces Brunonis et Drude coniugum predictorum sigilla nostra duximus presentibus appendenda. 1311

Datum anno domini millesimo trecentesimo undecimo, in vigilia beati Martini episcopi.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das erste dreieckige Siegel hat die Umschrift: S. Johannis de Hersele militis, das zweite: S. Obeli de Durre....

Nr. 5.

Der Provisor und der Meister des Hospitals von St. Andreas genehmigen die Schenkung der Hälfte des Hauses zum Vüigsgin an das Hospital. 1311, 10. November.

In nomine domini amen. Universis presens scriptum visuris et audituris, nos Godefridus de Helden decanus ecclesie sancti Andree Coloniensis, provisor, et Albertus magister hospitalis dicte ecclesie sancti Andree salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod cum bone memorie quondam Hermannus de Eyderen civis Coloniensis medietatem domus site in parrochia sancti Pauli in platea, que dicitur Smirstraze, quam a Guda sorore quondam Gobelini dicti Vuisgin et a dicte Gude liberis heredibus comparavit titulo venditionis, causa mortis ob honorem dei et pro salute anime sue hospitali sancti Andree predicto legaverit et donaverit post obitum suum donatione libera ad commodiorem sustentationem pauperum et infirmorum in eo decumbentium, ea tamen conditione, quod dicta domus ullo umquam tempore ab ipso hospitali vendi aut alienari nec posset nec deberet, prout in carta officiatorum domus apud Nyederich super hoc confecta plenius est expressum. Nos igitur piam ordinationem observari inviolabiliter cupientes pro nobis et provisoribus, magistris dicti hospitalis et nostris pro tempore successoribus bona fide promittimus et nos et eosdem in hiis scriptis firmiter ad hoc obligamus, quod dicta medietas domus aliqua necessitate aut occasione urgente ullo venditionis, impignorationis, obligationis aut quocumque alio alienationis titulo a dicto hospitali non alienabitur, non distrahetur non scindetur, sed cedet in usus pauperum et infirmorum ibidem, sicut est et erat principaliter ordinata. In cuius rei testimonium et firmi-

1311 tatem decanatus nostri et dicti hospitalis sigilla presentibus sunt appensa.

Datum in vigilia beati Martini episcopi, anno domini millesimo trecentesimo undecimo.

Aus dem Copiarium des Heribertus-Hospitals f. 83, im Archiv der Armenverwaltung.

Nr. 6.

Der Stellmacher Thomas und Frau nehmen von der Abtei St. Pantaleon vier dem Hospital der Abtei zugehörige Wohnungen auf dem Griechenmarkt in Erbpacht. — 1311, 21. December.

Universis presentes literas visuris et audituris. Nos Thomas carpentator et Mechtildis coniuges salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod nos pro nobis et nostris haeredibus conduximus et conducimus per presentes a religiosis viris dominis Godefrido abbate totoque conventu monasterii sancti Pantaleonis Coloniensis ordinis sancti Benedicti locantibus nobis iusto locationis et conduxionis titulo quatuor mansiones sub uno tecto sitas in foro Grecorum in parrochia sancti Petri iuxta puteum situm apud domos appellatas Kůnicstorp, quas quidem mansiones predictus dominus Godefridus abbas construi fecit et de consensu conventus sui predicti eorum hospitali sito extra claustrum perpetuo applicavit iure hereditario possidendas pro annuo censu septem marcarum denariorum Colonie pro tempore currentium, quem quidem censum nos Thomas et Methildis coniuges predicti et nostri heredes solvemus singulis annis in perpetuum ad hospitale predictum pro recreatione pauperum terminis infrascriptis, videlicet in festo natalis domini medietatem et reliquam medietatem in festo beati Johannis Baptiste aut infra quatuor septimanas quemlibet terminorum predictorum sine captione immedietate sequentes. In cuius census solutione si nos aut nostri heredes in terminis prenotatis negligentes fuerimus vel remissi in parte vel in toto, extunc nos et nostri heredes cademus a locatione nobis facta et predicte mansiones ad predictum hospitale cum suis meliorationibus sine contradictione qualibet libere devolventur. Adiectum est etiam, quod nos circa meliorationem dictarum mansionum infra biennium a data presentium apponemus duodecim marcas evidenter et deinceps predictas mansiones nos et nostri heredes tenebimus nostris expensis sub debitis et decentibus structuris incollapsas. Et ut hec rata et firma permaneant, rogavimus honorabiles viros dominum Rutgerum decanum sanctorum apostolorum et Hermannum plebanum sancti Petri

in Colonia, Hermannum dictum de Stella et Nycholaum dictum de 1312
Bagcheym, officiatos parrochie sancti Petri predicti, ut sigilla sua presentibus apponant in testimonium premissorum, et nos Rutgerus decanus et Herimannus plebanus, Herimannus de Stella et Nycholaus de Bagcheym officiati predicti ad petitionem dictorum Thome et Methildis coniugum pro testimonio sigilla nostra presentibus duximus apponenda.

Actum et datum anno domini millesimo trecentesimo undecimo in festo beati Thome apostoli.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die Siegel abgefallen.

Nr. 7.

Der Burggraf Ludwig von Hammerstein erklärt sich befriedigt durch den Rechtspruch, der in seiner Streitsache gegen Peter von Meylan ergangen. — 1312, 30. März.

Universis presentes litteras visuris et audituris et specialiter dominis consulibus civitatis Coloniensis Lodewicus burgravius de Hamersteyn armiger salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod ego contentus sum et michi placet, sicut et Katherina de Rode cum marito suo Lodewico de Hamersteyn contenta est et ei placet, quod super actione et querela, quas Petrus de Meylain concivis vester et Cono de Lucerna prosequuntur contra ipsos super duabus ballis pannorum, qui sardoig dicuntur, pro iure dixeritis vel apud vos dictum fuerit, quod hoc ratum et firmum debeat observari. Et hoc vobis et omnibus quorum interest sub sigillo meo presentibus appenso duxi significandum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo duodecimo feria quinta post festum pasche.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel hat die Umschrift: Secretum Lodowici burgravii de Hamerst.

Nr. 8.

Jacobus Schaeff von Esch verkauft dem Hospital von St. Andreas eine Rente von zwei Maltern Weizen. — 1312, 11. April.

Officialis curie Coloniensis. Constituti coram nobis propter hoc Jacobus dictus Schaeff et Bela eius uxor legitima, parochiales de Esch, recognoverunt et confessi sunt se coniuncta manu de consensu et rati-

1311 quam in aliis bonis et rebus nobis facti, tum pro theloneo per serenissimum dominum nostrum dominum Henricum Romanorum regem in Ludensdorp posito et ad nostros et ecclesie nostre usus redimendo et ad Bunnam transferendo, tum in aliis necessitatibus ecclesie nostre creditis et in utilitatem eiusdem ecclesie nostre conversis tenemur et obligati sumus Opicino Grasverdi dicto Petrus et Hennekino nato eiusdem ac Rolando dicto Cassino, Lombardis, civibus Ostiensibus, de universis debitis in mille quingentis et quadraginta marcis et octo solidis denariorum Brabantinorum, de qua summa pecunie adhuc pro[1]) septingentis et undecim marcis et sex solidis denariorum Brabantinorum ex quadam majore summa litteras nostras nostro et capituli nostri Coloniensis sigillis sigillatas habent atque tenent, quas ipsis in omni forma usque ad perceptionem integram dicte summe pro ea parte, pro qua eam adhuc non habent, volumus esse salvas. Cupientes itaque, ut de debito antiquo in dictis litteris nunc extante, ut est dictum, secundum litteras easdem et de novo debito nunc contracto et nobis credito ipsis satisfiat, cuius quidem debiti novi summa ad octingentas et viginti novem marcas denariorum Brabantinorum se extendit, posuimus et instituimus exnunc eosdem Lombardos in possessionem et perceptionem omnium obventionum thelonei nostri Berke ac aliorum reddituum et proventuum nostrorum ibidem, siligine tamen et avena inter ipsos redditus hoc anno resultantes seu provenientes pro expensis officiati et amicorum nostrorum ibidem in castro nostro habendis ab hiis exceptis, quos nobis volumus reservari, sic quod per nuncium suum, quem ad hoc deputaverint, qui sub protectione et expensis nostris ibidem stabit, percipiant, levent, percipi et levari faciant obventiones et redditus ipsius thelonei nostri ac alios redditus et proventus nostros ibidem quoscunque, promittentes bona fide, eosdem Lombardos seu eorum nuncium aut illum, qui litteram praesentem ipsorum nomine habuerit, in possessione et perceptione reddituum thelonei et obventionum et proventuum nostrorum predictorum tenere et defendere, quousque supradictam pecunie summam ad bonam et iustam computationem receperint et rehabuerint de theloneo et redditibus nostris antedictis, hoc adiecto quod dictam pecuniam, quam pro tempore receperint in theloneo et redditibus, eisdem nos vel officiati nostri ipsis usque in civitatem Coloniensem, dum de hoc nos vel vices nostras in absentia nostra gerentes requisierint, conduci faciemus, et si in via dicta pecunia eis auferretur violenter in aquis vel in terra, illud dampnum nobis et non eis debebit imputari. Si vero quod absit dicti Lombardi seu eorum nuncii aut alii ab eis ad dictam pecuniam recipien-

[1]) Die Handschrift hat per.

dam deputati ante plenariam solutionem dicte pecunie a possessione et 1311
perceptione thelonei et reddituum eorundem eiicerentur vel amoverentur quocumque casu contingente, ita quod non possent tollere et percipere redditus antedictos, poterunt dicti Lombardi, postquam per se vel nuncios suos nobis, illi vel illis, cui aut quibus in nostra absentia committimus vices nostras, hec intimaverint, si impedimenta huiusmodi eis non deposuerimus, extunc pecuniam de prefata summa eis residuam recipere ad usuram iudeorum vel custus [1]) cawercinorum vel alibi, ita quod super quamlibet marcam unus denarius ascendat qualibet septimana, que dampna et interesse per fidem suam poterunt declarare. Ut antedicti Lombardi de hiis omnibus magis cauti et securi existant, posuimus et ponimus eis fideiussores nostros, videlicet Ernestum decanum Coloniensem et archidyaconum, Gerardum archidyaconum Treverensem, Wernerum prepositum ecclesie sancte Marie ad gradus Coloniensis, consanguineos nostros, ac Johannem dominum de Rifferschet nec non Johannem de Plettenbracht marscalcum nostrum Westphalie, Hermannum dominum de Rennenberg, Cononem marscalcum de Alftere, Godefridum camerarium de Bachem, Rutgerum burgravium de Drakenvils et Arnoldum de Bachem, milites, Hermannum de Bachem, Arnoldum dictum Umbeschedene, Reynardum, Adam et Fredericum fratres dictos de Fovea, qui se pro nobis apud ipsos Lombardos obligantes fideiusserunt tamquam boni fideiussores et quilibet eorum insolidum sub forma infrascripta, videlicet quod si dicti Lombardi seu nomine eorum dictos redditus colligentes eiicerentur seu amoverentur quocumque modo a perceptione thelonei memorati, quod dicti decanus Gerardus archidyaconus, Wernerus prepositus et Johannes dominus de Rifferschet per se ipsos, reliqui vero fideiussores quilibet eorum famulum unum legalem cum equo Coloniam intrabunt ad iacendum ibidem in honesto hospitio per ipsos Lombardos seu alterum ipsorum ipsis demonstrando more bonorum fideiussorum abinde non recessuri, nosque pro nobis, si in partibus fuerimus, unum militem ponemus ad iacendum, nec aliquis fideiussorum predictorum partem suam solvendo liberabitur, quousque ipsis Lombardis de pecunia ipsius pro tempore deficiente satisfiat ac de dampno cum principali debito, ut est dictum. Thelonearii etiam nostri nunc vel pro tempore existentes, quibus hoc extunc ut exnunc committimus, per fidem suam corporaliter prestitam promittent, quod ipsis Lombardis antedicta in singulis suis articulis absque dolo fideliter teneant et observent. Poterit etiam quilibet dictorum Lombardorum debitum huiusmodi requirere et exigere, et tenebimur eidem aut omnibus

[1]) Die Handschrift hat custos; custus = sumptus, expensae.

1311 ipsis duobus aut uni ex eis has litteras presentanti aut alii cuicunque nomine ipsorum has litteras habenti satisfacere iuxta formam predictam de debito memorato. Si etiam aliquem predictorum fideiussorum nostrorum decedere contingeret, antequam ipsis Lombardis de dicta pecunia et dampno satisfieret, ut est dictum, alium eque bonum fideiussorem infra mensem, si in partibus fuerimus, alias vices nostras gerentes, postquam super hoc ex parte ipsorum Lombardorum vel alterius[1]) ipsorum moniti fuerimus seu fuerint, subrogabimus vel subrogabunt loco sui, qui se modo consimili, sicut defunctus obligatus exstiterat, obligabit, alias superstites[2]) fideiussores moniti iacentiam eandem intrabunt non exituri, quousque fideiussor alius fuerit subrogatus. Que omnia et singula ipsis Lombardis fide prestita corporali promittimus· observare, renunciantes omnibus exceptionibus facti et iuris tam canonici quam civilis ac litteris impetratis vel impetrandis et specialiter legi illi, qua cavetur generalem exceptionem non valere ac aliis omnibus exceptionibus, que nobis contra premissa suffragari possent, et ipsos Lombardos quomodolibet impedire. In cuius rei testimonium presentes litteras ipsis Lombardis nostro, capituli nostri Coloniensis ac fideiussorum nostrorum predictorum nec non fratris Everardi commendatoris hospitalis beate Marie Iheros. domus Teutonice germani nostri, qui promisit pro nobis laborare et efficere fideliter, ut ipsis Lombardis satisfiat iuxta formam supradictam, sigillis tradidimus communitas. Et nos decanus et capitulum ecclesie Coloniensis ad preces reverendi in Christo patris ac domini nostri domini Henrici Coloniensis archiepiscopi predicti sigillum nostrum in horum testimonium duximus presentibus apponendum. Nos etiam Ernestus dei gratia decanus Coloniensis et archidyaconus, Gerardus archidyaconus Treverensis, Wernerus prepositus ecclesie beate Marie ad gradus Coloniensis nec non Johannes dominus de Rifferschet predicti obligantes nos et quemlibet nostrum insolidum principaliter et personaliter fiduciantes et assecurantes per presentes fide prestita corporali pro dicto domino nostro apud ipsos Lombardos pro pecunia et dampno supradictis nec non Johannes de Plettenbracht marscalcus Westphalie, Hermannus dominus de Rennenberg, Cono marscalcus de Alftere, Godefridus camerarius, Rutgerus burgravius, Arnoldus de Bachem, milites, Hermannus de Bachem, Arnoldus Umbeschedene, Reynardus, Adam et Fredericus fratres de Fovea, fideiussores predicti, astringentes nos et quemlibet nostrum ad observantiam premissorum sub forma predicta sigilla nostra, qui sigilla habemus et quorum sigilla sunt apposita in horum testimonium

[1]) Die Handschrift hat alterum.
[2]) Die Handschrift hat superstes.

et firmitatem hiis litteris duximus apponenda. Nos vero qui sigilla 1311
non habemus vel quorum sigilla non sunt appensa, profitemur nos uti sigillis confideiussorum nostrorum predictorum. Nos vero frater Everhardus commendator predictus promittentes bona fide per presentes efficere et ad hoc, ut dictis Lombardis iuxta formam predictam satisfiat, absque dolo quantum possumus fideliter laborare, sigillum nostrum in horum evidentiam duximus presentibus apponendum.

Datum Colonie anno domini millesimo trecentesimo undecimo in crastino decollationis beati Johannis baptiste.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel des Erzbischofs und das des Domcapitels sehr verletzt; das dritte zeigt noch von der Umschrift: S. Ernesti dei grat.... ecclesie Col., das vierte: S. Gerhardi Virnils as....nsis; die übrigen abgefallen.

Nr. 3.

Erzbischof Heinrich II. bestätigt die Stiftung des für bekehrte Juden und für Arme und Kranke gegründeten Hospitals im Pfarrbezirk des Dechanten von St. Cunibert unter den mit dem Capitel von St. Cunibert vereinbarten Bedingungen. — Köln, 1311, im August.

In nomine domini amen. Nos Henricus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius ad perpetuam rei memoriam. Notum esse volumus universis, quod cum alias dilectorum in Christo Stristrami Lombardi, officialis[1]) nostri Adolphi ac Wedekindi de Revel civium Coloniensium zelo dei ferventium devotione inducti, qui domos et structuras quasdam sitas infra limites parrochie sancti Cuniberti Coloniensis dictas Grunewaldt pecuniis suis propriis emerunt ad inhabitationes et sepulturas iudeorum de novo conversorum et convertendorum in posterum ac etiam pauperum et debilium personarum, ibidem hospitale et oratorium fundari, erigi et sacrari cum cymiterio impensis et expensis indulserimus, iidem tandem fundatores cum capitulo prefate ecclesie sancti Cuniberti et decano ibidem plebano loci super iure huiusmodi mediantibus probis viris concordarunt in hunc modum, videlicet quod in signum subiectionis et appendicii omnes oblationes, quas infra missas supra altare seu altaria eiusdem oratorii exnunc inantea celebrandas offerri contigerit, prefato decano loci plebano cedent et per provisorem eiusdem hospitalis bona fide integraliter assignabunt. Item persone in eodem loco degentes suberunt eidem decano seu eius vices gerenti aut cui commiserit in

[1]) Die Handschrift hat officiali.

1311 confessionibus et sacramentorum receptione, nec sepelientur ibidem aliqui preterquam huiusmodi conversi et pauperes ac servitores eorundem, nullis extraneis ibidem quanquam eligerint ad sepulturam admittendis, nisi prius consensus prefati decani accedat. Item si circa sepeliendos ibidem cereos poni contigerit circa feretrum, salvum erit thesaurario ecclesie sancti Cuniberti predicte idem ius, quod in huiusmodi cereis obtineret, si huiusmodi defunctorum corpora ad matricem ecclesiam deferrentur. Item si domino annuente per eleemosynas fidelium in posterum huiusmodi altare seu altaria dotari contingeret certis et annuis redditibus ad stipendium et beneficium sacerdotis celebrantis et celebraturi ibidem, huiusmodi beneficii collatio et sacerdotis institutio perpetuo ad ipsum decanum spectabit aliis supradictis articulis et conditionibus in suo robore duraturis. Qui decanus plebanus loci quotiens huiusmodi institutum male sive incontinentis vite nec utilem ipsi hospitali compererit, alium ibidem idoneum preficere non omittet. Que omnia et singula quia prefati fundatores decanus et capitulum nostra authoritate et consensu capituli nostri Coloniensis fulciri petiverunt, robur eis perpetue impendimus firmitatis precipientes ea sub anathematis vinculo hincinde inviolabiliter observari.

In cuius rei testimonium presentes fecimus nostro nec non ipsius capituli nostri Coloniensis ac predictorum decani et capituli sancti Cuniberti sigillis communiri. Nos et decanus et capitulum Coloniense in signum consensus nostri sigillo ecclesie nostre presentes duximus muniendas. Similiter nos etiam decanus et capitulum ecclesie sancti Cuniberti predicte profitemur premissa de consensu nostro acta fore et nostrum sigillum presentibus appendisse.

Datum Colonie anno domini millesimo trecentesimo undecimo mense augusto.

Aus Gelenii farr. t. V. p. 93.

Nr. 4.

Bruno von Ossendorf und Gemahlin verzichten auf alle Ansprüche, welche sie gegen die Stadt Köln wegen des bei Rumdorp erlittenen Schadens erheben könnten. — 1311, 10. November.

Universis presentes litteras visuris et audituris, nos Bruno de Oissendorp et Druda uxor eius legitima notum facimus, quod coniuncta manu pro nobis, pueris nostris et heredibus super omni actione et querela, quam habuimus adversus honorabiles viros cives et civitatem Coloniensem ratione dampni, quod nobis apud Rûmdorp intulerunt in bonis nostris, renunciavimus et renunciamus, effestucavimus et effestucamus

pure, simpliciter et omnino per presentes et fatemur, nos cum ipsis per 1311
omnia reconciliatos esse et complanatos de premissis sine dolo. Super hiis in testimonium atque fidem rogavimus honestos viros dominos Johannem de Hersele et Abelonem dictum Dûrre de Bûnna, milites, ut sigilla sua pro nobis ducerent presentibus appendenda, sub quibus sigillis nos obligamus bona fide ad observantiam premissorum sine dolo. Et nos Johannes et Abelo milites predicti fatemur, quod ad petitionem et preces Brunonis et Drude coniugum predictorum sigilla nostra duximus presentibus appendenda.

Datum anno domini millesimo trecentesimo undecimo, in vigilia beati Martini episcopi.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das erste dreieckige Siegel hat die Umschrift: S. Johannis de Hersele militis, das zweite: S. Obeli de Durre....

Nr. 5.

Der Provisor und der Meister des Hospitals von St. Andreas genehmigen die Schenkung der Hälfte des Hauses zum Vüigsgin an das Hospital. 1311, 10. November.

In nomine domini amen. Universis presens scriptum visuris et audituris, nos Godefridus de Helden decanus ecclesie sancti Andree Coloniensis, provisor, et Albertus magister hospitalis dicte ecclesie sancti Andree salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod cum bone memorie quondam Hermannus de Eyderen civis Coloniensis medietatem domus site in parrochia sancti Pauli in platea, que dicitur Smirstraze, quam a Guda sorore quondam Gobelini dicti Vuisgin et a dicte Gude liberis heredibus comparavit titulo venditionis, causa mortis ob honorem dei et pro salute anime sue hospitali sancti Andree predicto legaverit et donaverit post obitum suum donatione libera ad commodiorem sustentationem pauperum et infirmorum in eo decumbentium, ea tamen conditione, quod dicta domus ullo umquam tempore ab ipso hospitali vendi aut alienari nec posset nec deberet, prout in carta officiatorum domus apud Nyederich super hoc confecta plenius est expressum. Nos igitur piam ordinationem observari inviolabiliter cupientes pro nobis et provisoribus, magistris dicti hospitalis et nostris pro tempore successoribus bona fide promittimus et nos et eosdem in hiis scriptis firmiter ad hoc obligamus, quod dicta medietas domus aliqua necessitate aut occasione urgente ullo venditionis, impignorationis, obligationis aut quocumque alio alienationis titulo a dicto hospitali non alienabitur, non distrahetur non scindetur, sed cedet in usus pauperum et infirmorum ibidem, sicut est et erat principaliter ordinata. In cuius rei testimonium et firmi-

1311 tatem decanatus nostri et dicti hospitalis sigilla presentibus sunt appensa.

Datum in vigilia beati Martini episcopi, anno domini millesimo trecentesimo undecimo.

Aus dem Copiarium des Heribertus-Hospitals f. 83, im Archiv der Armenverwaltung.

Nr. 6.

Der Stellmacher Thomas und Frau nehmen von der Abtei St. Pantaleon vier dem Hospital der Abtei zugehörige Wohnungen auf dem Griechenmarkt in Erbpacht. — 1311, 21. December.

Universis presentes literas visuris et audituris. Nos Thomas carpentator et Mechtildis coniuges salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod nos pro nobis et nostris haeredibus conduximus et conducimus per presentes a religiosis viris dominis Godefrido abbate totoque conventu monasterii sancti Pantaleonis Coloniensis ordinis sancti Benedicti locantibus nobis iusto locationis et conduxionis titulo quatuor mansiones sub uno tecto sitas in foro Grecorum in parrochia sancti Petri iuxta puteum situm apud domos appellatas Kůnicstorp, quas quidem mansiones predictus dominus Godefridus abbas construi fecit et de consensu conventus sui predicti eorum hospitali sito extra claustrum perpetuo applicavit iure hereditario possidendas pro annuo censu septem marcarum denariorum Colonie pro tempore currentium, quem quidem censum nos Thomas et Methildis coniuges predicti et nostri heredes solvemus singulis annis in perpetuum ad hospitale predictum pro recreatione pauperum terminis infrascriptis, videlicet in festo natalis domini medietatem et reliquam medietatem in festo beati Johannis Baptiste aut infra quatuor septimanas quemlibet terminorum predictorum sine captione immedietate sequentes. In cuius census solutione si nos aut nostri heredes in terminis prenotatis negligentes fuerimus vel remissi in parte vel in toto, extunc nos et nostri heredes cademus a locatione nobis facta et predicte mansiones ad predictum hospitale cum suis meliorationibus sine contradictione qualibet libere devolventur. Adiectum est etiam, quod nos circa meliorationem dictarum mansionum infra biennium a data presentium apponemus duodecim marcas evidenter et deinceps predictas mansiones nos et nostri heredes tenebimus nostris expensis sub debitis et decentibus structuris incollapsas. Et ut hec rata et firma permaneant, rogavimus honorabiles viros dominum Rutgerum decanum sanctorum apostolorum et Hermannum plebanum sancti Petri

in Colonia, Hermannum dictum de Stella et Nycholaum dictum de 1312
Bagcheym, officiatos parrochie sancti Petri predicti, ut sigilla sua presentibus apponant in testimonium premissorum, et nos Rutgerus decanus et Herimannus plebanus, Herimannus de Stella et Nycholaus de Bagcheym officiati predicti ad petitionem dictorum Thome et Methildis coniugum pro testimonio sigilla nostra presentibus duximus apponenda.

Actum et datum anno domini millesimo trecentesimo undecimo in festo beati Thome apostoli.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die Siegel abgefallen.

Nr. 7.

Der Burggraf Ludwig von Hammerstein erklärt sich befriedigt durch den Rechtspruch, der in seiner Streitsache gegen Peter von Meylan ergangen. — 1312, 30. März.

Universis presentes litteras visuris et audituris et specialiter dominis consulibus civitatis Coloniensis Lodewicus burgravius de Hamersteyn armiger salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod ego contentus sum et michi placet, sicut et Katherina de Rode cum marito suo Lodewico de Hamersteyn contenta est et ei placet, quod super actione et querela, quas Petrus de Meylain concivis vester et Cono de Lucerna prosequuntur contra ipsos super duabus ballis pannorum, qui sardoig dicuntur, pro iure dixeritis vel apud vos dictum fuerit, quod hoc ratum et firmum debeat observari. Et hoc vobis et omnibus quorum interest sub sigillo meo presentibus appenso duxi significandum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo duodecimo feria quinta post festum pasche.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel hat die Umschrift: Secretum Lodowici burgravii de Hamerst.

Nr. 8.

Jacobus Schaeff von Esch verkauft dem Hospital von St. Andreas eine Rente von zwei Maltern Weizen. — 1312, 11. April.

Officialis curie Coloniensis. Constituti coram nobis propter hoc Jacobus dictus Schaeff et Bela eius uxor legitima, parochiales de Esch, recognoverunt et confessi sunt se coniuncta manu de consensu et rati-

1312 habitione liberorum heredum suorum recepisse a discreto viro fratre Alberto provisore seu procuratore pauperum et infirmorum hospitalis sancti Andree Coloniensis sedecim marcas Coloniensis pagamenti, quas sibi coram nobis numeratas esse recognoverunt assignatas integraliter et solutas, promittentes pro se et suis heredibus se soluturos et presentaturos Colonie ad hospitale predictum singulis annis inperpetuum pro predicta pecunie summa duo maldra siliginis mensure Coloniensis boni, sicci et bene purificati bladi in festo beati Remigii aut infra quindenam post dictum festum immediate sine captione suis laboribus periculis et expensis, et obligaverunt dicti coniuges coram nobis et con-fessi sunt se coram iudicibus et scabinis parochie de Esch pro dictis maldris solvendis sex iurnales terre arabilis appellatos vulgariter Steinrushe in una pecia sitos in campis ville de Besch, quos tenent et possident in feodo ab Imergarde vidua de Besch, item domum et aream sitas in villa de Ouwilre, quas tenent et possident a venerabili vero domino abbate monasterii sancti Martini Coloniensis obligasse loco pignoris, quod vulgariter underpant appellatur, tali opposita conditione, quod si coniuges predicti vel eorum heredes in solutione et presentatione dictorum maldrorum siliginis termino prenotato aliquo annorum negligentes fuerint vel remissi, extunc dicti iurnales cum domo et area predictis hospitali predicto cedant, sic quod ipse provisor seu alius quicunque pro tempore fuerit nomine pauperum et infirmorum predictorum de iurnalibus, domo et area predictis suam liberam poterit facere voluntatem salvis Irmengardi predicte censu duodecim denariorum Coloniensis pagamenti et domino abbate predicto censu trium denariorum et dimidii pulli ac aliis iuribus de eisdem bonis debitis et consuetis. Promiserunt etiam dicti coniuges coram nobis dicta bona non debere vendere non alienare nec ullo modo obligare vel distrahere in parte vel in toto aliquo ingenio sive dolo vel impedimentum prestare, quominus dicta maldra de eisdem bonis prefatis pauperibus persolvantur, renunciantes omnibus exceptionibus et defensionibus iuris et facti tam canonici quam civilis, que sibi vel cuiquam ipsorum contra premissa possent aliquatenus suffragari. In cuius rei testimonium sigillum maius officialitatis nostre predicte presentibus litteris duximus apponendum.

Actum et datum crastino dominice qua cantatur misericordia domini anno domini millesimo trecentesimo duodecimo.

Aus dem Copiarium des Heribertus-Hospitals f. 5, im Archiv der Armenverwaltung.

Nr. 9.

Die für die Zeit seiner Abwesenheit vom Erzbischof Heinrich II. zu seinen Stellvertretern ernannten Mitglieder des Domstiftes, Ernest, Dechant, Gerhard von Virneburg, Werner und Albert, Canonichen, incorporiren dem Stifte St. Gereon, welches in Folge von Kriegsdrangsalen, Raub, Brand und feindlichen Ueberfällen an seinen Einkünften viel Einbusse erlitten, zu dessen Aufhülfe die Pfarrkirche zu Selgesdorf, so aber, dass der vom Stift bestellte Pfarrverwalter bestimmt bezeichnete Einkünfte beziehen soll. — Köln, 1312, 14. April.

Abgedruckt bei Lacomblet III, 114. 1312

Nr. 10.

Heinze von Blumenberg verkauft dem Hospital von St. Andreas eine Rente von sechs Maltern Weizen. — 1312, 16. August.

Officialis curie Coloniensis. Constituti propter hoc in nostra presentia Henricus Heintze dictus de Blumenberg et dicta Junge eius uxor legitima confessi sunt et recognoverunt, se de consensu et ratihabitatione liberorum et heredum suorum stipulatione legitima interveniente vendidisse fratri Alberto provisori seu procuratori pauperum et infirmorum degentium in hospitali ecclesie sancti Andree Coloniensis recipienti nomine et ad usum pauperum predictorum pensionem sex maldrorum siliginis mensure Coloniensis solvendorum et presentandorum Colonie pauperibus hospitalis predicti singulis annis in perpetuum in festo beati Remigii supra domum, quam dictus provisor seu alter, quicunque pro tempore fuerit, ipsis duxerit demonstrandam, pro certa summa pecunie dictis coniugibus ab eodem provisore, ut coram nobis confessi sunt, numerata, tradita integraliter et soluta, obligantes et supraportantes fratri Alberto provisori predicto, nomine quo supra, quindecim iurnales terre arabiles[1]) sitos in campis ville de Berghusen in parochia de Gore vulgariter appellatos putzegoit, contiguos[2]) agro dicto oysgyn et omne ius competens eisdem in silvis seu nemoribus, quod in vulgari dicitur halve-hoyltzgewalt, ac aream sitam in villa de Berghusen predicta ad dicta bona pertinentem loco pignoris, quod vulgo dicitur underpant, sub tali conditione, quod si iidem coniuges vel eorum heredes in solutione

[1]) Die Handschrift hat terabiles.

[2]) Die Handschrift hat contigues.

1312 pensionis predicte cum bono, sicco et bene purificato blado faciende termino predicto negligentes inventi fuerint et remissi, dicti iurnales cum iure et area predictis cedant pauperibus hospitalis predicti, sic quod ipse provisor predictus seu alter, quicunque pro tempore fuerit, nomine pauperum predictorum de dictis iurnalibus iure disponere et ordinare valeat, prout dictis pauperibus expedire visum fuerit, dictorum coniugum vel suorum heredum contradictione penitus non obstante, salvo unicuique iure et censu de dictis bonis competentibus [1]; et renunciaverunt dicti coniuges pro se et suis heredibus coram nobis omnibus exceptionibus et defensionibus iuris et facti tam canonici quam civilis, que sibi vel cuiquam suorum contra venditionem, promissionem et obligationem predictas possent aliqualiter suffragari. In cuius rei testimonium sigillum maius officialitatis curie predicte presentibus literis duximus apponendum.

Actum presentibus Reynardo dicto Hoyveguide de Bozeym, Marscalco filio dicti Wegenus, Johanne dicto Reyme, Helwico de Tramireno et dicto Bneythorn, scabinis loci predicti, Sibodone de Ydenhoven, sculteto in Gore, Gerardo fratre quondam Johannis advocati in Gore, Johanne de Udesheym, Henrico de Porta registratore, Gobelino de Renninbergh et Tilmanno dicto de sancto Paulo, notariis curie Coloniensis, ac aliis quam pluribus testibus ad hoc vocatis et rogatis, anno domini millesimo trecentesimo duodecimo crastino assumptionis beate Marie virginis.

Aus dem Copiarium des Heribert-Hospitals f. 9, im Archiv der Armenverwaltung.

Nr. 11.

Graf Gerhard von Jülich wird für sich und seine Erben in der Grafschaft Jülich Edelbürger der Stadt Köln, mit der er sich zu wechselseitigem Schutz verbindet; es wird ihm für seine eventuelle Hülfeleistung mit neun Rittern und fünfzehn Knappen ein Bürgerlehen von hundert Mark zugesichert, wofür der Stadt bereits von seinem Vater Wilhelm tausend Mark baar bezahlt worden. — 1312, 31. October.

Abgedruckt bei Lacomblet III, 120, nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Reitersiegel des Grafen Gerhard und das grosse Stadtsiegel hängen an.

[1]) Die Handschrift hat compentibus.

Nr. 12.

Graf Gerhard von Jülich, der in Folge des Todes seines Neffen Walram auch in den Besitz von Bergheim gekommen, wird als Herr von Bergheim Edelbürger der Stadt Köln, mit der er sich zu wechselseitigem Schutz verbindet; es wird ihm für seine eventuelle Hülfeleistung mit neun Rittern und fünfzehn Knappen ein Bürgerlehen von hundert Mark zugesichert, zu deren Sicherheit ihm ein Erbe innerhalb von Köln im Rentwerthe von hundert Mark angewiesen wird. — 1312, 31. October.

Das Original im Stadt-Archiv. Das Reitersiegel des Grafen Gerhard und das 1312
grosse Stadtsiegel hangen an. Im ganzen Wortlaute stimmt diese Urkunde mit der vorhergehenden überein, nur sind in der auf Bergheim bezüglichen als Schiedsrichter angegeben: der Droste der Herrschaft Bergheim, Gumprecht von Gerstorp, und Ludwig von Bellinghoven.

Nr. 13.

Der Bischof Engelbert von Osnabrück zeigt dem Erzbischof von Köln an, dass der Johanniterbruder Visus zum Zweck einer Reise nach dem heiligen Lande für sich und seine Genossen aus dem in der Diöcese Osnabrück gesammelten Gelde hundert Mark erhalten habe. 1313, 9. Mai.

Reverendo in Christo patri ac domino suo domino sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo, sacri imperii per Italiam archicancellario Engelbertus dei gratia episcopus Osnaburgensis debitam reverentiam et honorem. Scire dominationem vestram cupimus, quod frater Visus ordinis hospitalis sancti Johannis Jerosol. procurator una cum quibusdam suis confratribus passagii terre sancte post ipsius procuratorium nobis exhibitum pretendebat, recognovit et confitebatur publice de truncis omnibus in ecclesiis repositis et de elemosinis fidelium, in quibuscumque rebus consistant, per nostram civitatem et dyocesim collectis, deductis expensis legitimis proinde factis, se recepisse centum marcas denariorum Osenbrugensium legalium in pecunia numerata, faciens nobis et ecclesie nostre finem et quietationem de pecunia memorata, presentibus viris honorabilibus dominis Gerhardo abbate monasterii in Yburg ordinis sancti Benedicti, Everhardo decano, Arnoldo cantore, Frederico scolastico, magistro Hermanno de Visbeke, Hugone et Ludolfo de Horne, Lutgero de Bissendorpe, canonicis, Johanne rectore primi altaris ecclesie nostre, Henrico plebano sancti Marie nostre civitatis, Levoldo plebano in Vechta

1313 et aliis fidedignis. Et ego frater Visus predictus procurator passagii terre sancte cum meis confratribus recognosco, me centum marcas denariorum premisse monete de dyocesi Osnaburgensi modis predictis nomine passagii terre sancte recipisse, et facio finem et quietationem reverendo domino meo domino Engelberto episcopo Osnaburgensi et ecclesie sue prefatis de pecunia superius recitata et in signum huiusmodi recognitionis meum sigillum huic carte apposui; nos vero Engelbertus episcopus sepedictus omnia, que superius expressa sunt, dominationi vestre per sigilli nostri appensionem duximus intimanda.

Datum anno domini millesimo trecentesimo tertio decimo septimo ydus maii.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die beiden Siegel abgefallen.

Nr. 14.

Die Verwaltung der Stadt Köln verkauft der Nonne Hadewig, Tochter des Richolf Overstolz, eine Leibrente von zwei Mark. — 1313, 9. August.

Universis presentes litteras visuris et audituris, nos iudices, scabini, consilium ceterique cives Colonienses notum facimus, quod vendidimus Hadewigi filie quondam Richolfi Overstoltz, moniali monasterii sancte Gertrudis in Colonia ementi erga nos quamdiu vixerit ad usum fructum suum redditus duarum marcarum denariorum Colonie usualium pro certa summa pecunie, quam nobis ad usus civitatis nostre conversam tradidit et assignavit, de quibus vero redditibus singulis annis dabimus et solvemus ipsi Hadewigi medietatem in festo purificationis beate Marie virginis et aliam medietatem in festo assumptionis ipsius beate Marie virginis vel infra quatuor septimanas post quemlibet dictorum terminorum, sine captione, et si dicti redditus ipsi Hadewigi in aliquo dictorum terminorum non fuerint persoluti, extunc pro captione dabimus eidem Hadewigi et solvemus quolibet mense de qualibet marca duos solidos, quamdiu prefati denarii steterint insoluti, et quando prefata Hadewigis vel conservator presentium nomine suo requisierit, dabimus sibi denarios pro termino non solutos cum captione memorata. Dum etiam dicta Hadewigis moritur, extunc a solutione dictorum reddituum sumus quiti. In cuius rei testimonium sigillum nostrum minus presentibus duximus appendendum.

Datum in vigilia beati Laurentii anno domini millesimo trecentesimo tredecimo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel verletzt.

Nr. 15.

Johann und Rudolf von Reifferscheid leisten der Stadt Köln mit 1000 Mark für die Brüder von Stommel Bürgschaft, dass innerhalb einer bestimmten Zeit die Gefangenen ausgeliefert werden und eine noch zu bestimmende Strafe übernommen wird. — 1314, 10. Juni.

Universis presentes litteras visuris et audituris. Nos Johannes do- 1314
minus de Rifferscheit et Rûdolfus de Rifferscheit consanguineus eius dominus de Milendunc notum facimus, quod nos obligavimus apud dominos de consilio civitatis Coloniensis pro mille marcis Coloniensis pagamenti usualis pro Godescalco et Mathia fratribus filiis domini Lodewici de Stumbele militis, qui intererant, ubi concives eorum fuerunt percussi, vulnerati, interfecti, spoliati et captivati, quod omnes captivos liberos et solutos representare debemus Coloniam infra feriam quartam nunc instantem et hos, qui ex eis fiduciaverunt, quitos dimitti faciemus et solutos a promisso eorumdem et emendam fieri, quam domini de consilio predicti statuerint et dixerint faciendam cum eorum bonis et personis, quod si non fecerimus, nos moniti ex parte dictorum dominorum de consilio in propriis personis intrabimus Coloniam ad iacendum in uno honesto hospitio, abinde non recessuri nec aliquis nostrum partem suam solvendo liberabitur a iacentia predicta, donec ipsis dominis de consilio predicte mille marce fuerint plenarie persolute. Ad maiorem vero securitatem premissorum discreti viri Godefridus Hardevust vicecomes et Costantinus senior de Lysolskirgen, cives Colonienses, obligaverunt se et quemlibet eorum in solidum una nobiscum apud dominos de consilio predictos promittentes fide data, si super aliquo defectu premissorum moniti fuerint ex parte dictorum dominorum de consilio, quod intrabunt unum honestum hospitium Colonie ad iacendum, abinde nullatenus recessuri, antequam ipsis dominis de consilio de predictis mille marcis fuerit satisfactum, fraude et dolo penitus in hiis exclusis. In cuius rei testimonium sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Nos vero Godefridus vicecomes et Costantinus prenominati omnia et singula premissa vera esse et nos ad ea in solidum, ut dictum est, obligasse recognoscentes sigilla nostra duximus presentibus appendenda.

Datum anno domini millesimo trecentesimo decimo quarto, in vigilia beati Barnabe apostoli.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel des Constantin von Lyskirchen abgefallen.

Nr. 16.

Der vom Andreasstifte zu seinem Procurator bestellte Magister Henricus de Ordone legt Berufung ein gegen die Providirung des Friedrich von Schonenberg mit einem Canonicat in dem genannten Stift. 1314, 24. Juli.

1314 In nomine domini amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quarto decimo, indictione duodecima, vicesima quarta die mensis Julii, que fuit vigilia beati Jacobi apostoli, hora post vesperas constitutus in presentia mei Hermanni de Breymt publici auctoritate imperiali notarii infrascripti et testium subscriptorum magister Henricus de Oyrdone procurator venerabilium virorum decani et capituli ecclesie sancti Andree Coloniensis virtute mandati sui procuratorii, cuius tenor talis est: „Reverendo in Christo patri et domino domino Henrico sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo, eius officiali ac universis et singulis presentes litteras visuris et audituris decanus et capitulum ecclesie sancti Andree Coloniensis reverentiam et honorem. Noveritis, quod cum reverendus in Christo pater et dominus dominus archiepiscopus Coloniensis asserens, sibi a sede apostolica per dominum Clementem papam quintum esse indultum, quod in cathedrali et in singulis aliis ecclesiis collegiatis sue civitatis et diocesis singulas personas ydoneas, etiam si persone ipse unum vel duo aut tria vel quatuor aut plura ecclesiastica beneficia curam etiam animarum habentia vel alias plura beneficia per dispensationem sedis apostolice haberent [1]) volentes huiusmodi beneficia recipere et tenere, posset facere recipi in canonicos et in fratres, stallo sibi in choro et loco in capitulo cum plenitudine iuris canonici plenius assignatis: harum igitur auctoritate volens Frederico de Schonenburg pastori in ecclesia sancti Andree gratiam facere specialem, mandaverit venerabili viro domino decano Coloniensi, quod ad ecclesiam sancti Andree accedens ipsum Fredericum ab eisdem decano et capitulo et singulis personis aliis recipi faceret in eorum canonicum et in fratrem ad prebendam, si qua ad presens vacaret, nulli alii de iure debitam, de qua sibi extunc dicitur providisse stallo in choro et loco in capitulo sibi assignatis, et si nulla prebenda talis ad presens vacaret ibidem proximo vacaturam nulli alii de iure debitam reservaret sue collationi ipsi Frederico conferendam, decernens irritum et inane, si quid a quoquam in contrarium contingeret attemptari, contrarium facientes monitione novem dierum premissa ab officio divinorum suspendendo et singulos canonicos excommunicando et excommunicatos mandando, prout in litteris

[1]) haberent fehlt in der Handschrift.

domini Coloniensis super hoc confectis plenius continetur. Cum nos 1314
igitur ad presens simus nostris et ecclesie nostre negotiis prepediti, ita quod premissis non possimus commode interesse in huiusmodi provisionis negotio, si ita dici debet, magistrum Henricum de Ordone clericum exhibitorem presentium nostrum verum et legitimum constituimus procuratorem ad agendum, defendendum, excipiendum, replicandum, proponendum, appellandum et iurandum ad sancta dei evangelia per ipsum tacto corporaliter libro in animas nostras et suam, se expressa in sua appellatione credere vera esse et ea omnia et singula posse probare, appellationem prosequendum, omnia et singula faciendum, que verus et legitimus facere potest et debet procurator, ratum habentes, quicquid idem procurator noster pro nobis egerit in premissis, caventes pro eodem in omni sine [1]) clausula sub ypotheca rerum nostrarum iudicatum solvi. Quod vobis et omnibus quorum interest sub sigillo ecclesie nostre ad causas duximus significandum. Actum et datum crastino beate Marie Magdalene anno domini millesimo trecentesimo quarto decimo;" — quamdam cedulam, quam in manibus tenuit in scriptis, legit, appellavit et apostolos petiit in hec verba: „Coram vobis dominis presentibus et astantibus dico et propono ego magister Henricus de Ordone procurator venerabilium virorum decani et capituli ecclesie sancti Andree Coloniensis procuratorio nomine pro eisdem, quod cum reverendus in Christo pater et dominus dominus archiepiscopus Coloniensis asserens, sibi a sede apostolica per dominum Clementem papam quintum esse indultum, quod in cathedrali et in aliis singulis ecclesiis collegiatis sue civitatis et dyocesis singulas personas ydoneas, etiam si persone ipse unum vel duo aut tria vel quatuor aut plura ecclesiastica beneficia curam etiam animarum habentia vel alias plura beneficia per dispensationem sedis apostolice (haberent), volentes huiusmodi beneficia recipere et tenere posset facere recipi in canonicos et in fratres, stallo sibi in choro et loco in capitulo cum plenitudine iuris canonici plenius assignatis. Harum auctoritate volens Frederico de Schonenburg pastori in ecclesia sancti Andree gratiam facere specialem mandaverit venerabili viro domino decano Coloniensi, quod ad ecclesiam sancti Andree Coloniensis accedens ipsum Fredericum ab eisdem decano et capitulo et singulis personis ibidem recipi faceret in eorum canonicum et in fratrem ad prebendam, si qua ad presens vacaret, nulli alii de iure debitam, de qua sibi extunc dicitur providisse stallo in choro et loco in capitulo sibi assignatis, et si nulla prebenda talis ad presens vacaret ibidem, proximo vacaturam nulli alii de iure debitam reservaret sue collationi ipsi Frederico conferendam,

[1]) Die Handschrift hat sui.

1314 decernens irritum et inane, si quid a quoquam in contrarium contingeret attemptari, contrarium facientes monitione novem dierum premissa ab officio divinorum suspendendo et singulos canonicos excommunicando et excommunicatos mandando, prout hoc et alia in litteris [1]) domini Coloniensis super hoc confectis plenius continentur, unde cum idem dominus Clemens salubri concilio statuerit et ediderit, ne quis maxime in civitatibus et diocesibus regni Almanie hastiludia seu iustas [2]) exercere presumeret aut eis insisteret quoquo modo vel opem vel operam talibus adhiberet, in contrarium facientes, cuiuscunque conditionis status vel preeminentie existerent, excommunicationis sententiam tamquam canonis promulgavit, unde cum post publicationem huiusmodi statuti in curia Romana post duos menses et deinde post eius innovationem in capitulo Coloniensi clero et populo ad hoc vocatis et sollempniter publicationem [3]) factam, idem Fredericus hastiludia et iusthas apud Vexene iuxta Andernacum et Tulpetum regni Almanie publice exercuerit, opem et operam efficaces ut fierent adhibendo, non est dubium eumdem Fredericum sententias canonum ex hoc incidisse, ex quibus causis dicto Frederico tamquam notorie ex hoc excommunicato non est aliquatenus in dicta ecclesia providendum de canonicatu et prebenda in ecclesia sancti Andree predicta, cum idem Fredericus non sit nec fuerit capax iuris gratie supradicte et ipse dominus archiepiscopus sic providendo inhabili notorie functus sit officio ulterius providendi, salva pace et reverentia dicti domini archiepiscopi, suis aliis mandatis et preceptis tamquam filii obedientes [4]) nolentes in aliquo contraire. Item idem Fredericus capax dicti beneficii non existit eo, quod ante hec tempora provisionis habuit et habet ecclesiasticum beneficium sufficiens et curatum, videlicet ecclesiam parrochialem in Ravenaco absque sedis apostolice dispensatione contra intentionem et voluntatem mandantis, ut patet ex indulto, unde patet huiusmodi provisionem et mandatum non tenuisse nec tenere, et quia idem dominus archiepiscopus taliter processerit dicto Frederico, ut dictum est, providendo, reservando, decernendo, monendo et excommunicando in preiudicium dominorum meorum predictorum, ego sentiens me et ipsos dominos meos ab eodem domino archiepiscopo indebite gravari et esse gravatos, sedem apostolicam in his scriptis provoco et appello et apostolos michi instanter, instantius et instantissime a vobis dari peto. Quos quia non datis, immo dare denegatis ex hoc iterum sentiens me

[1]) Die Handschrift hat littera.
[2]) Ist das französische joute, Kampfspiel.
[3]) Die Handschrift hat publicatis.
[4]) So scheint gesetzt werden zu müssen, statt des obedire in der Handschrift.

et eosdem dominos meos ab ipso domino Coloniensi gravari eamdem 1314
sedem appello, ut supra quibus litteris idem magister Henricus eandem appellationem [1])

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Original diente als Umschlag des liber attestationum judicii dominorum ambtmannorum de annis 1523 u. 24, wovon ich dasselbe abgelöst habe. Der untere Theil ist vom Buchbinder abgeschnitten worden.

Nr. 17.

Der Erzbischof Heinrich II. und das Domcapitel bestimmen, auf welche Weise die Schlüssel vom grossen Stiftssiegel verwahrt werden sollen. 1314, 9. August.

In nomine domini amen. Henricus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, necnon decanus et capitulum ecclesie eiusdem universis et singulis presentibus et futuris, cuiuscumque preeminentie, status aut conditionis existant, salutem in salvatore omnium cum veritatis notitia perpetua subscriptorum. Ad exstirpandam dissensionis materiam, que hiis diebus super clausuris et iure conservationis seu custodie clavium maioris sigilli nostri capituli inter nos et thesaurarium nostre ecclesie irrepserat, hoc edicto valituro in perpetuum, prehabitis diverso tractatu et deliberatione matura, unanimi consensu statuimus et ordinamus, quod de cetero pro firmiori et tutiori custodia dicti sigilli quatuor sere et totidem claves dispares habeantur, quarum clavium duo per ipsos decanum et capitulum vel ex parte eorum thesaurario, qui est vel qui pro tempore fuerit, ac eius custodie committantur et tradantur et assignentur, et post huiusmodi traditionem et assignationem ipse thesaurarius unam ipsarum clavium alicui concanonico ibidem dyacono tamen seu sacerdoti committat, tradat et assignet fideliter custodiendam ac conservandam, secundam vero clavem ipse thesaurarius sibi retinere valeat et retineat, vel si eum abesse contingat, subcustodi committat, ne per eius absentiam et talis secunde clavis carentiam nostre ecclesie et eius incumbentibus negotiis periculum seu incommodum valeat generari. Relique vero tertia et quarta claves per nos decanum et capitulum ordinentur, conserventur et committantur, prout nobis videbitur expedire, nullis observantiis, iuribus, statutis seu consuetudinibus circa premissa [2]) retro-

[1]) Der Rest ist abgeschnitten.

[2]) Die Handschrift hat premisso.

1314 actis temporibus quovis modo habitis et observatis in contrarium suffragaturis. Et ut huiusmodi statuti unanimisque ordinationis observandorum per nos successoresque nostros in perpetuum et inviolabiliter frequens et firmior assit memoria, duximus nos archiepiscopus necnon decanus et capitulum predicti ac etiam Emycho de Spanheym eiusdem ecclesie thesaurarius unanimi voluntate et consensu pro nobis et nostris successoribus quibuscumque sigilla nostra hiis presentibus apponere in sempiternum testimonium et maioris roboris firmitatem.

Actum, ordinatum et statutum in domo capituli nostri predicte ecclesie et nobis propter hoc simul ibidem ut capitulum existentibus anno incarnationis domini millesimo trecentesimo tertio decimo, in vigilia beati Laurentii martyris.

Aus dem Copiarium des Domstiftes im Stadt-Archiv, CCLII, Mscr. A. III, 17.

Nr. 18.

Kraft von Greifenstein wird Edelbürger der Stadt Köln gegen ein Bürgerlehen von 15 Mark jährlich und verpflichtet sich erforderlichen Falles zu einer Hülfeleistung mit zwei Rittern und acht Knappen. — 1314, 22. September.

Original im Stadt-Archiv. Der Wortlaut ist derselbe wie der Edelbürgerbrief des Grafen Dietrich von Katzenellenbogen (Bd. II, 479) und andere. Nur noch ein Siegel hängt an; es hat die Umschrift: S. Craftonis de Gripenstein.

Nr. 19.

Der Erzbischof Peter von Mainz, der Erzbischof Baldewin von Trier, die Grafen Wilhelm von Holland, Gerhard von Jülich, Arnold von Looz, Adolf von Berg, Johann von Spanheim, Dietrich von Cleve und Gotfried Herr von Heinsberg geben die Zusicherung, dass sie die Bürger der Stadt Köln gegen jeden, der dieselben wegen des Umstandes, dass sie den König Ludwig in ihren Mauern aufgenommen und demselben die Huldigung geleistet haben, beschützen werden. — 1314, 3. December.

Nos Petrus dei gratia sancte Moguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, Baldewinus dei gratia sancte Trevirensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Galliam archicancellarius, necnon Wilhelmus Hannonie, Hollandie, Selandie comes et

dominus Frisie, Gerardus Juliacensis, Arnoldus Lossensis, Adolfus de 1314
Monte, Johannes de Spaynheim, Theodericus de Cleve, comites, et Godefridus dominus de Heymsberg et de Blankenberg, notum facimus universis presentes litteras visuris et audituris, quod fide prestita corporali promisimus et promittimus civibus Coloniensibus universaliter et singulariter et nos et quilibet nostrum eisdem obligamus, quod ipsos cives contra quoscumque dominos vel homines ecclesiasticos vel mundanos seu contra quemcunque dominum vel hominem ecclesiasticum vel mundanum, cuiuscumque dignitatis vel status existunt vel existit, qui dictos cives universaliter vel singulariter pro eo, quod ipsi excellentissimum dominum nostrum dominum Lodewicum dei gratia Romanorum regem ad civitatem Coloniensem venientem letanter receperunt et fidelitatem eidem fecerunt, impetunt, molestant, gravant vel iniuriantur, impetere, molestare, gravare vel iniuriari nituntur aut voluerint, in bonis eorum vel personis spiritualiter vel seculariter defendemus, manutenebimus, astabimus eisdem consilio et auxilio secundum cuiuslibet posse nostrum sine dolo et protractione, nec alicui homini vel domino ipsos cives occasione predicta impetere, gravare, molestare volenti consentiemus pro nostro posse, quandocumque et quotienscumque ab ipsis civibus fuerimus requisiti, nec ipsos cives Colonienses deserere unquam debemus in premissis quoquomodo. In cuius rei testimonium atque fidem sigilla nostra presentibus duximus appendenda.

Datum anno domini millesimo trecentesimo quartodecimo feria tertia proxima post festum beati Andree apostoli.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel des Erzbischofs von Mainz, des Grafen von Holland und des Grafen von Jülich hangen an. Die übrigen sind abgefallen.

Nr. 20.

Erzbischof Baldewin von Trier gibt die Zusicherung, dass er die Bürger der Stadt Köln gegen jeden, der sie wegen des Umstandes, dass sie den König Ludwig in ihren Mauern aufgenommen und demselben die Huldigung geleistet haben, beschützen werde. — 1314, 3. December.

Abgedruckt bei Lacomblet III, 141, nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel sehr verletzt. Z. 14 v. u. muss aut statt vel und Z. 13 v. u. vel statt aut gelesen werden. Der Wortlaut ist derselbe wie der der vorhergehenden Urkunde.

Nr. 21.

König Ludwig bestätigt der Stadt Köln alle derselben von den früheren Königen und Kaisern ertheilten Privilegien, führt die betreffenden Gnadenbriefe wörtlich an und hebt namentlich hervor, dass die Kölner Bürger für die Schulden des Erzbischofs nicht haftbar seien, nicht an ein auswärtiges Gericht geladen werden dürfen, nach Belieben Accisen erheben können und von der sogenannten Grundrührung befreit seien. — Köln, 1314, 4. December.

1314 Abgedruckt bei Lacomblet III, 142, nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Majestätssiegel hängt an. In dem Abdruck muss am Schluss hinter Otto de Kuyc eingeschaltet werden: militibus.

Nr. 22.

König Ludwig bestätigt der Stadt Köln die alte Gewohnheit, dass nur ein von den verdienten Schöffen zum Schöffenamt Gewählter Schöffe sein könne und dass, im Falle das Amt des Burggrafen oder dessen Stellvertreters unbesetzt sei, die Schöffen einen Vorsitzenden des Gerichtes aus ihrer Mitte wählen dürfen. — Köln, 1314, 5. December.

Lodewicus dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum. Quia veraciter ad nos pervenit, quod de consuetudine antiqua in civitate Coloniensi observata nemo potest nec debet esse scabinus Coloniensis, nisi per scabinos Colonienses, qui officia scabinatus meruerunt, eligatur, dictam consuetudinem eisdem scabinis auctoritate regia volumus in perpetuum observari. Preterea quia ut intelleximus propter desidiam burgravii Coloniensis defectus iustitie cottidiane multotiens in Colonia habetur, concedimus et auctoritate regia eisdem scabinis indulgemus, quod quando burgravius Coloniensis ipsis scabinis non presidet vel aliam personam ydoneam non ponit ad iudicium cottidianum exercendum, quod scabini Colonienses pro tempore existentes, qui officia sui scabinatus meruerunt, inter se sub suis iuramentis de uno scabino pro iudice poterunt concordare, qui sub suo iuramento secundum sententiam scabinorum Coloniensium sit iustus iudex, donec predictus burgravius vel suus vicecomes, advocatus seu iudex iustitie debitum reddere et facere sit paratus. Item concedimus et indulgemus dictis scabinis Coloniensibus, quod si burgravius predictus scabinos electos, ut dictum est, quando fuerit necesse et annos viginti et quinque expleverint, noluerit ponere

in sedem sui scabinatus, iidem mediantibus scabinis supradictis possint 1314
accedere ad curiam, ubi iudicia secularia exercentur, et prestare suum iuramentum debitum, christiano de sua, iudeo de sua iustitia rectam sententiam secundum suam conscientiam proferendi, donec burgravius Coloniensis venerit, cui facient secundum consuetudinem hactenus observatam: inhibentes quibuslibet Romano imperio subiectis, ne quis eos seu eorum quemquam contra prefata indulta et concessiones audeat impedire seu quomodolibet molestare, quod qui facere presumpserit, indignationem grandem maiestatis nostre regie se noverit incursurum. In horum testimonium et firmitatem perpetuam has litteras conscribi et nostri culminis regii sigillo fecimus communiri.

Actum et datum Coloniae per manum honorabilis viri Hermanni scolastici ecclesie Spirensis, prepositi ecclesie sancti Germani ibidem, cancellarii aule nostre regalis, anno domini millesimo trecentesimo quarto decimo in vigilia beati Nicolai episcopi, regni nostri anno primo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Majestätssiegel gut erhalten. Der Abdruck bei Lacomblet II, 143 leidet an sinnentstellenden Fehlern, darum wird die Urkunde hier nochmals ihrem ganzen Wortlaute nach abgedruckt.

Nr. 23.

König Ludwig gibt die Zusicherung, dass er die Bürger der Stadt Köln gegen jeden, der sie wegen des Umstandes, dass sie ihn innerhalb ihrer Mauern aufgenommen und ihm die Huldigung geleistet haben, angreifen möchte, beschützen werde. — Köln, 1314, 5. December.

Lodewicus dei gratia Romanorum rex semper Augustus universis fidelibus suis suam gratiam et omne bonum. Noveritis, quod promisimus et promittimus civibus Coloniensibus universaliter et singulariter et nos regali dignitate eisdem obligamus per presentes, quod ipsos cives contra quoscunque dominos vel homines ecclesiasticos seu mundanos seu quemcumque dominum vel hominem ecclesiasticum vel mundanum, cuiuscumque dignitatis et status existunt seu existit, qui dictos cives universaliter vel singulariter pro eo, quod nos verum Romanorum regem ad civitatem Coloniensem letanter venientem receperunt et fidelitatem nobis fecerunt, impetunt, molestant[1]) gravant vel iniuriant vel impetere molestare vel gravare ac iniuriare nituntur vel voluerint spiri-

[1]) Die Handschrift hat molestent.

1315 tualiter vel seculariter[1]) aut alio quocunque modo, in bonis eorum et personis defendemus, manutenebimus, astabimus eisdem consilio et auxilio pro omni posse nostro sine dolo et protractione, nec alicui domino vel homini ipsos cives impetere, gravare, molestare volenti consentiemus quandocumque et quocienscunque ab ipsis civibus fuerimus requisiti, nec eosdem cives deserere propter premissa unquam debemus quoquomodo. In cuius rei testimonium et firmitatem sigillum maiestatis nostre presentibus duximus appendendum.

Datum Colonie feria quarta ante beati Nicolai episcopi anno domini millesimo trecentesimo quarto decimo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Majestätssiegel gut erhalten.

Nr. 24.

Der Pfarrer von St. Alban bescheinigt, dass die Johanne von Landskrone das Gelübde der Keuschheit abgelegt habe. — 1315, 4. April.

Universis presentes litteras visuris et audituris, plebanus ecclesie sancti Albani Coloniensis salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod constituta in mea presentia Johanna de Landescronen, filia quondam Hermanni Flaconis, votum vovit castitatis promisitque diebus vite sue caste vivere et domino famulari. Hec vobis et omnibus, quorum interest, significo sub sigillo meo presentibus appenso.

Actum et datum anno domini millesimo trecentesimo decimo quinto feria quinta post octavas pasche.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel hat die Umschrift: S. Herbordi pleb. scti Albani Col.

Nr. 25.

Dechant und Capitel des Stiftes St. Gereon genehmigen die durch Testament des Domcanonichen Ludwig von Buchstel gestifteten zwei Vicarieen nebst der Bestimmung über die Besetzung derselben. — 1315, 30. Juli.

In nomine domini amen. Universis ad quos presentes littere pervenerint, decanus et capitulum ecclesie sancti Gereonis Coloniensis notitiam veritatis cum salute. Quoniam domum domini decet in seculum seculi sanctitudo, decet ut illius decorem precipue, qui in augmentatione

[1]) Die Handschrift hat singulariter.

ministrorum consistit ecclesie nostre, specialiter diligamus. Sane cum 1315
viri discreti manufideles olim domini Lůdewici de Bůcstel canonici Coloniensis medietatem fructuum et reddituum curtis site apud Wentzenrode in parochia de Emůndrode olim ipsius Lůdewici pro salute anime eius, ac dilectus nobis Adolfus subcustos et canonicus ipsius ecclesie Coloniensis predia et bona infrascripta, videlicet curtem de Můlsvort cum centum et duodecim iurnalibus et ceteris iuribus eidem attinentibus, sitis in parochia ecclesie de Gerode, erga Kůnonem de Drůve militem necnon decem iurnales et quartam partem iurnalis terre allodialis et liberos ab omni decima erga Gozstů relictam quondam Gozwini de Cůderode, sitos in parrochia de Gerode iuxta arborem, que dicitur hoyldeneych, in via que dicitur paffenwech, nec non tredecim iurnales cum quartali et dimidio sitos ibidem iuxta agros capituli Coloniensis ex una parte versus Brůche et iuxta agros conventus de Sarne, ex altera erga Gozstů relictam antedictam, necnon etiam domum lapideam et aream cum suis iuribus et pertinentiis sitam apud ecclesiam sancti Gereonis in loco, qui dicitur ůp deme ackere, in parochia sancti Christophori Coloniensis, erga Johannem dictum de Gladio canonicum ecclesie sancti Andree Coloniensis et suos legitimos heredes ipsius Adolfi propria pecunia comparatas et comparata pro anime sue remedio ad sustentationem duorum sacerdotum seu stipendia duorum vicariorum seu vicariarum perpetuarum deo in ecclesia nostra servitorum liberaliter donaverint, tradiderint et deputaverint, ita quod unus eorum in altari sancti Pauli foris in monasterio nostro et alter in cripta in altari sanctarum virginum Katerine, Agnetis et Barbare ac sancti Quirini martiris nondum adhuc specialiter dotatis missas celebrent frequentando chorum et decano obediendo ibidem secundum consuetudinem ceterorum vicariorum: nos ad honorem dei et patronorum nostrorum ac petitionem predictorum huiusmodi altaria dotantium prefatas duas vicarias sic dotatas in ecclesia nostra perpetuo duximus admittendas, recipientes nicholominus clericos in vicarios ecclesie nostre perpetuos, quibus easdem vicarias canonice conferri contigerit, prout inferius continetur. Verum quia Adolfus prefatus ad huiusmodi vicarias uberiora stipendia contradidit ac alias ecclesie nostre beneficus extitit, nos de consensu ipsorum manufidelium eidem annuimus et tenore presentium concedimus potestatem, vicarias easdem nunc et diebus vite sue, cum vacaverint per mortem, resignationem seu ammotionem eas habentium, conferendi. Propter quod etiam cum ipse Adolfus dictas vicarias, unam Franconi de Hůsen dyacono in altari sancti Pauli et alteram Lamberto fratri ipsius Franconis clerico in altari sanctarum virginum predictarum celebraturis contulerit, concedimus eidem, ut fructus earundem vicariarum tollat eosdem clericos

1315 sustentando de eisdem, donec ad etatem legitimam pervenerint, qua possint in sacerdotes ordinari; post mortem vero dicti Adolfi collatio huiusmodi altarium, videlicet sancti Pauli ad scolasticum et sanctarum virginum ad cantorem nostre ecclesie pertinebit, ita quod quibus collata fuerint, si non sunt, se faciant infra annum a tempore vacationis in presbiteros promoveri, alioquin huiusmodi beneficia ipso facto vacent aliis personis ydoneis ea vice per decanum nostrum conferenda. Si vero decanatus, scolastria seu cantoria huiusmodi vacent vel in lite fuerint, collatio huiusmodi beneficiorum tunc vacantium ad superiorem dyaconum nostri capituli ea vice devolvetur. Insuper rogamus ac in domino obsecramus prefatos collatores, ad quos vel quem tempore vacationis huiusmodi beneficiorum collatio spectabit, ut si quem de consanguineis ipsius Adolfi bone conversationis et vite ac scientie competentis conpererint, ipsis vel ipsi de huiusmodi beneficiis studeant providere propter deum. Et quia omnia premissa et singula de nostro et dictorum manufidelium consensu processerunt et procedunt, ea appensione nostri maioris et manufidelium predictorum sigillis sunt communita. Et nos Adolfus maioris, Henricus de Bůcstel thesaurarius et Johannes de Staylbůrg sancti Gereonis ecclesiarum Coloniensium canonici predicti manufideles domini Lůdewici antedicti recognoscentes, quod premissa omnia et singula, prout narrantur, de nostro scitu et voluntate speciali processerunt, sigilla nostra in eorumdem testimonium duximus presentibus apponenda.

Actum et datum anno domini millesimo trecentesimo quinto decimo II. Kalendas Julii.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Stiftssiegel von St. Gereon ziemlich erhalten; das zweite Siegel, Maria mit dem Kinde, hat die Umschrift: S. Adolphi can. Colon., das dritte: S. Henrici de Bocstel thesaur. eccl. S. Ger., das vierte ist sehr verletzt.

Nr. 26.

Erzbischof Heinrich von Köln bewilligt allen denjenigen, welche sich als Wohlthäter des Hospitals St. Andreas bewähren, einen Ablass. — 1315, 10. August.

Henricus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, omnibus christifidelibus salutem in eo, qui est merces sanctorum omnium et corona. Quoslibet orthodoxe fidei cultores ad zelum devotionis et ad opera caritatis invitare cupientes omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad hospitale sancti Andree in Colonia, in quo multi infirmi et advene peregrini cottidie

colliguntur, maximis laboribus et expensis sustentantur, elemosinas suas devote tribuerint et ad ipsius hospitalis[1]) emendationem manus porrexerunt adiutrices et[2]) negocium dicti hospitalis verbo vel opere duxerint promovendum, de omnipotentis misericordia dei necnon beatorum Petri et Pauli apostolorum meritis et autoritate confisi quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis sibi penitentiis misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri caractere placuit insigniri. 1315

Datum quarto idus augusti anno domini millesimo trecentesimo quarto decimo.

Aus dem Copiarium des Heribert-Hospitals, f. 2, im Archiv der Armenverwaltung.

Nr. 27.

Schreinseintragung bezüglich des Hauses in der Stesse neben dem Ansiedel Friedrichs von der Stessen. — 1315, 11. August.

Notum sit tam futuris quam presentibus, quod Fredericus de Stessen et Druda uxor sua quartam partem nove domus eorum site inter domum eorum, que est anseydil, et domum Ide Rufe, que quarta pars erat obligata plebano sancti Laurentii Coloniensis, qui pro tempore fuerit, pro una marca denariorum usualium, quitam, absolutam et liberam fecerunt et pro eadem quarta parte ipsi plebano sancti Laurentii, qui pro tempore fuerit, aliam quartam partem, quam habent in domo Johannis de Ordone sita in Stessen iuxta puteum versus Renum, obligaverunt et tradiderunt in omni forma et conditione, quibus quarta pars predicte nove domus ipsi plebano fuerat obligata.

Datum anno domini 1315 crastino beati Lamberti.

Aus einem Fascikel eines Schreinsbuches.

Nr. 28.

Celis von Siegenhofen verkauft dem Hospital von St. Andreas vierzehn Morgen Ackerland. — 1315, 31. October.

Universis presentes litteras inspecturis, nos Celemannus dictus Celis de Seghenhoven et Hilla eius uxor legitima parrochiani in Hoengin

[1]) Die Handschrift hat hospitale.
[2]) Die Handschrift hat ad.

1315 prope Gore notum facimus et fatemur publice per presentes, quod nos provida deliberatione prehabita utilitate nostra in hoc perpensata vendidimus iusto emptionis et venditionis interveniente titulo Alberto provisori hospitalis ecclesie sancti Andree Coloniensis ementi erga nos nomine et ad usus pauperum et infirmorum hospitalis predicti quatuordecim iurnales terre arabilis sitos et iacentes in una pecia infra parrochiam de Hoengin, contingentes ex uno latere agros Johannis de Creynvelt et ex alio latere agros conventus monasterii de Genadendale, per quos quatuordecim iurnales transit via, que ducit de Rumerskirchen versus Nussiam, pro certo precio nobis [1]) ab eodem provisore predicto tradito et integraliter persoluto, quos quidem iurnales nos ad manus provisoris predicti recipientis eosdem nomine et ad usus pauperum predictorum coram discreto viro domino pastore ecclesie de Geleverode tamquam coram domino feodi dictorum iurnalium supraportavimus et per presentes supraportamus cum omni iure, quod nobis in eisdem aliqualiter competebat, renunciantes et effestucantes super eisdem simpliciter et de plano, sic tamen quod idem provisor vel successor eius, quicunque pro tempore fuerit, de quolibet predictorum iurnalium unum denarium Coloniensis pagamenti communiter usualis ecclesie de Gelewerode singulis annis in festo beati Remigii solvere teneatur. Nolumus tamen, quod per huiusmodi denariorum solutionem census noster, quem ab antiquo de bonis nostris integraliter solvere tenemur, in aliquo minuatur, quem nos non obstante huiusmodi solutione integraliter in perpetuum persolvemus, cupientes per huiusmodi solutionem faciendam per provisorem predictum predicte ecclesie redditus augmentare. Preterea condictum et actum est inter nos et provisorem predictum, quod nec ipse nec quisquam suorum successorum ullo tempore de iurnalibus predictis aliquas curmedas vel emergentias quascunque [2]) etiam quocunque nomine censeantur cuiquam preter predictos denarios ecclesie predicte solvendos solvere teneantur, et renunciamus omnibus exceptionibus et defensionibus iuris et facti tam canonici quam civilis, que nobis seu cuiquam nostrum contra predictam venditionem possent aliqualiter suffragari. In cuius rei testimonium sigillum discreti viri domini pastoris ecclesie predicte ad preces nostras presentibus litteris est appensum. Et nos Tilmannus pastor ecclesie in Gelwerode omni predicto consensum et auctoritatem adhibentes sigillum nostrum ad petitionem coniugum predictorum presentibus litteris duximus apponendum.

[1]) Die Handschrift hat nos.

[2]) Die Handschrift hat curmedos — quoscunque.

Datum et actum in vigilia omnium sanctorum anno domini millesimo trecentesimo quintodecimo. 1315

Aus dem Copiarium des Heribertus-Hospitals f. 9, im Archiv der Armenverwaltung.

Nr. 29.

Der als Schiedsrichter gewählte Graf Gerhard von Jülich stiftet eine Sühne zwischen dem Grafen Adolf von Berg und der Stadt Köln, bestimmt, dass jeder Streit wegen des bei Merkenich vorgefallenen Handgemenges soll geschlichtet sein, dass Adolf auf jede Nachforderung des bergischen Bürgerlehens verzichten, von jetzt aber, sobald er den Edelbürgereid geleistet habe, wie seine Vorfahren ein Bürgerlehen von 150 Mark erhalten solle. — 1316, 26. Februar.

Abgedruckt bei Lacomblet nach dem Original im Stadt-Archiv. In Z. 17 v. o. ist fuerant zu lesen statt fuerunt. Das Reitersiegel sehr verletzt.

Nr. 30.

Schreinseintragung, wonach der Steinmetze Wilhelm von Ypern einen Theil des Hauses Eileyf in Erbpacht nimmt. — 1316, 12. März.

Notum sit, quod Wilhelmus de Ipera lapicida et Aleydis uxor sua acquisiverunt hereditarie erga Hildegerum filium quondam domini Hildegeri militis suam pueripartem de tribus septimis partibus in domo Eyleyf pro una marca hereditarii census denariorum Colonie usualium pro tempore, de qua marca singulis annis in festo beati Remigii sex solidi et in festo pasche similiter sex solidi vel infra quatuor septimanas post quemlibet ipsorum terminorum sine captione persolventur. Si autem predictus census aliquo terminorum predictorum non solveretur, ut est dictum, extunc predicta pueripars de tribus septimis partibus ad ipsum Hildegerum libere revertitur.

Datum in die beati Gregorii anno domini 1316.

Aus einem Fascikel eines Schreinsbuches.

Nr. 31.

Die beiden Adam von Moreshoven söhnen sich mit der Stadt Köln wegen des Vorganges bei Sielsdorf aus, schwören Urfehde und werden der Stadt Köln Vasallen und Bürger. — 1316, 12. December.

Universis presentes litteras visuris et audituris, nos Adam filius Gozwini de Moreshoven et Adam filius Siberti de Moreshoven consangui-

1316 neus eius notum facimus, quod super captivitate apud Seilstorp facta, dampno, taedio, scandalo, timore et offensa, quibus honorabiles viri domini iudices, scabini, consules ceterique cives Colonienses et in eo, quod de hiis est secutum, nos afflixerunt et turbaverunt, et econversa super ira, odio, invidia et rancore, que conceperamus occasione premissorum contra ipsos, oirvedam iustam et antiquam facientes, sicut moris est et iuris, renunciavimus et renunciamus, effestucavimus et effestucamus pure, simpliciter et de plano pro nobis, proximis nostris, consanguineis et amicis, quod nec nos nec aliquis nomine nostro in civibus Coloniensibus nec in aliquo alio, qui interfuit, communiter vel singulariter ullo unquam tempore in futurum impetitionem vel vindictam facere debemus neque debet aliquo subtilitatis ingenio sine[1]) causa. Sed si contingeret, quod absit, quod aliquis in posterum causa nostri vellet huiusmodi facta vindicare, illi nullam warandiam prestabimus nec aliquis ex parte nostra prestabit, nec hoc faciendi [sic] consilio vel auxilio assistemus nec assistet eidem quoquomodo, quia fatemur, quod soluti vasalli et fideles predictorum civium et civitatis Coloniensis effecti sumus, sic quod ipsis civibus et alicui alteri, qui interfuit, nullam diffidationem facere possumus nec debemus, nec aliquis nomine nostro facere poterit in futurum, sed eis, sicut in talibus est consuetum, tanquam domino suo fideliter obedire. Et ut premissa robur obtineant perpetue firmitatis, iuravimus ea tactis sacrosanctis firmiter et fiducialiter observare nec contra ea per nos alium vel alios facere vel venire quoquomodo, omnibus exceptionibus et defensionibus iuris et facti, canonici et civilis, doli mali, quibus renunciamus, penitus exclusis in premissis. Super hiis in testimonium atque fidem sigilla nostra duximus presentibus appendenda, et insuper rogavimus venerabiles viros et discretos dominum Arnoldum de Bůrne decanum, dominum Lutterum prepositum Ressensem sancti Gereonis, dominum Wolterum de Matlar, maioris, ecclesiarum Coloniensium canonicos, et Henricum dictum Gallicum socerum mei Ade filii Gozwini predicti, qui premissis sic tractatis interfuerunt, ut sigilla sua ducerent presentibus appendenda in testimonium et robur eorundem. Et nos Arnoldus decanus, Lutterus prepositus, Wolterus et Henricus Gallicus predicti, quia premissis interfuimus eaque vidimus et audivimus, sicut superius continetur, ad preces Ade et Ade de Moreshoven predictorum sigilla nostra duximus presentibus appendenda in testimonium eorundem.

Actum et datum in vigilia beati Luce evangeliste anno domini millesimo trecentesimo sexto decimo.

[1]) Die Handschrift hat sui.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das erste Siegel hat die Umschrift: S. Ade de Moreshoven, das zweite: S. Ade de Ripishoven, das dritte: S. Arn... de Borna decani scti Gerionis Col., das vierte: S. Lutter... lar prepositi Resse., das fünfte: S. Wolteri de Matlar... Col., das sechste: S. Henrici dicti Wale. 1316

Nr. 32.

Schreinseintragung bezüglich eines Hauses in der Stesse, dem nun Wevelpütz genannten Hause der Schreiberin gegenüber. — 1316, 23. December.

Notum sit, quod ex morte Henrici de Lobedde et Gertrudis uxoris sue cecidit filiabus eorum Gertrudi et Ide sororibus cuilibet earum septima pars in domo quondam Wilhelmi Albi sita in stessen ex opposito domus scriptricis, que nunc dicitur Wevelputze, et cuilibet earum septima pars in domo Eyleyf sita in stessen, ita quod iure optinebunt.

Datum anno domini 1316 feria quinta ante nativitatis eiusdem.

Aus einem Fascikel eines Schreinsbuches.

Nr. 33.

Schreinseintragungen bezüglich der Ansiedel des Rothmalers Heinrich und des Hermann Keye. — 1316.

Notum sit, quod scabini testificati sunt nobis, quod Metildis uxor quondam Henrici rubeatoris comparavit in iudicio et optinuit per sententiam scabinorum, quod pre necessitate corporis sui et debitorum suorum non posset optinere duas mansiones sitas in putzhove, que ansedil fuerunt Henrici rubeatoris, et dederunt sententiam scabinorum, quod bene vendere poterit, et demandaverunt nobis, quod scriberemus et scripsimus, et quod ei pecunia daretur.

Notum sit, quod Guda relicta quondam Nicolai Keye emit sibi erga Henricum filium Alberti de Baghem et Gretam uxorem suam 4 solidos communiter currentium (denariorum), qui solvuntur de dimidia sexta parte domus et aree, que fuit ansedil Hermanni Keie, site in Keyengassen ante et retro, subtus et superius, sicut ibi iacet, ita quod iure optinet et divertere poterit, quo voluerit.

Anno domini 1316.

Aus einem Fascikel eines Schreinsbuches.

Nr. 34.

1317 **Schultheis, Schöffen und Gemeinde von Deutz verpflichten sich, die zur Verstärkung ihrer Festungswerke errichteten Bauten auf Verlangen des Kölner Rathes in einer Zeit von vierzehn Tagen wegzuräumen. — 1317, 21. März.**

Abgedruckt bei Lacomblet III, 156, nach dem Original im Stadt-Archiv.

Nr. 35.

Testament des Kölner Bürgers Adolf von Revele, worin unter Anderem das Hospital Allerheiligen reichlich bedacht wird. — 1317, 20. April.

In nomine domini amen. Universis has litteras inspecturis ego Adolfus de Revele civis Coloniensis notum facio, quod licet corpore sanus et hilaris ac compos mentis mee dono dei, tamen dum ire et stare potui, testamentum meum seu ultimam meam voluntatem decrevi facere et ordinare in hunc modum: videlicet in primis do et lego hospitali omnium sanctorum dicto zume Gronenwalde in Colonia medietatem curtis iacentis apud Wandin trans Renum et medietatem omninm bonorum immobilium spectantium in eandem, sicut ea habeo cum domino Wedekindo sacerdote, meo consanguineo. Item do et lego eidem hospitali bona mea immobilia iacentia apud Vulkoven, que michi erga Johannem dictum Stake emi et comparavi, videlicet septuaginta unum iurnales et quartale agrorum cum curte mea ibidem situata tali conditione, quod Elizabet, Hadewigis, Conegundis et Dederadis sorores, becgine, filiae Hellenburgis sororis mee, quamdiu vixerit, quelibet earum ad usum fructum suum tria maldra siliginis et tria maldra avene mensure Coloniensis in dictis bonis meis immobilibus et curte apud Vůlkoven singulis annis optinebit et habebit, et dum alique earum sororum decesserit, tunc ususfructus eius in dictis bonis et curte de Vůlkoven cedet hospitali supradicto. Item do eidem hospitali quinquaginta et octo marcas competentes michi in bonis Vůlkoven situatis, que olim dicti Aldenmart attingebant. Item do iam dicto hospitali quatuor mansiones meas sub uno tecto sitas iuxta sanctam Caeciliam in vico appellato Blunde-Johansgasse in Colonia tali modo, quod dicte quatuor sorores neptes mee, quamdiu vixerint, ususfructus [1]) suos scilicet quelibet earum

[1]) Die Handschrift hat usosfructus.

tres marcas census annualis, in dictis mansionibus optinebunt et aliqua 1317
earum mortua ususfructus eius trium marcarum census pagamenti cedet ipsi hospitali pleno iure. Item do eidem hospitali meam medietatem domus site inter fabros cultellorum ex opposito muri sancti Maximini Coloniensis in omni iure, sicut eam possideo et habeo in manu mea. Item do prefato hospitali omnia utensilia et suppellectilia domus mee ac omnes libros meos tali modo, quod Adolfus de Revele cognatus meus ea et eos post se et sibi redimere poterit et optinere pro beneplacito sue voluntatis. Item do eidem hospitali centum libras sterlingorum denariorum eo modo, quod de ipsis sterlingis comparari debent sex ame vini mensure Coloniensis imperpetuum presentande Coloniam in usus pauperum dicti[1]) hospitalis, et de eadem pecunia volo comparari perpetuam pensionem sedecim maldrorum siliginis in usus unius sacerdotis mei consanguinei, qui sit aptus dicto hospitali; post eius mortem cedet infirmis ibidem. Item volo, quod de ipsa pecunia fiat constructum necessarium seu cluaca apud cimiterium dicti hospitalis. Item do et lego hospitali in Tuitio 10 marcas pagamenti; item do cuilibet hospitali Coloniensi 5 marcas pagamenti; item do sororibus inclusis in Colonia, in Tuitio et in Bergheym pariter 6 marcas pagamenti; item do hospitali in Isernloye 4 marcas Sosatiensium denariorum; item do hospitali in Unna tres marcas Sosatienses; item do hospitali in Attindarne 2 marcas Sosatienses. Item do et lego domum meam et ortos in Attindarne, prout iacent, sororibus meis et earum filiabus, effectis becginis, ad ususfructus[2]) earum habendos et possidendos et ipsis mortuis volo, quod pauperes becgine maneant in ipsa hereditate mea residentes, et post mortem executorum mei testamenti subscriptorum committo dictam hereditatem meam in Attindarne provisori hospitalis ibidem pro tempore existenti, quod eam custodiat et regat, ita quod semper pauperes becgine resideant in eadem. Item do ecclesie in Werdole unam marcam Sosatiensem et plebano ibidem 6 solidos Sosatienses; item do benevolis pauperibus puellis in Colonia et in Aquis 200 marcas pagamenti, cum quibus volo ut domos suas meliorent et aliam pecuniam reservent in usus suos et expensas; item do pauperibus becgardis mendicantibus in Colonia 60 marcas pagamenti, partem ipsius pecunie convertendam circa meliorationem domuum suarum et partem ad eorum expensas; item do communibus pauperibus in Colonia 100 marcas pagamenti; item do domui sancti Spiritus in Colonia 10 marcas pagamenti; item

[1]) Die Handschrift hat dictis.
[2]) Die Handschrift hat usosfructos.

1317 do ad fabricam ecclesie Coloniensis 5 marcas pagamenti; item ecclesie sancti Kuniberti Coloniensi do unam marcam pagamenti et plebano ibidem do 2 marcas pagamenti pro mea sepultura; item do domino Johanni sacerdoti hospitalis omnium Sanctorum in Colonia 20 marcas pagamenti; item do domino Henrico sacerdoti ibidem 5 marcas pagamenti; item do domino Wedekindo sacerdoti predicto 4 marcas Sosatienses; item do communibus pauperibus sacerdotibus non beneficiatis in Colonia cuilibet eorum 4 solidos pagamenti; item do fratribus predicatoribus in Colonia 6 marcas pagamenti; item do fratribus crucesignatis in Colonia 6 marcas pagamenti; item do fratribus minoribus, fratribus Augustinensibus et fratribus Carmelitis in Colonia, item ad ortum beate Marie, ad Seyne et ad sanctam Agatham cuilibet monasterio eorum Coloniensi 3 marcas pagamenti; item do patri meo 10 libras sterlingorum, de quibus si non indiget, cedent filiis suis et filiabus; item do Rorico fratri meo 30 marcas Sosatienses, quas Conradus de Steyne tenet; item do eidem fratri meo 10 libras sterlingorum in parato; item do Deitmaro fratri meo et pueris suis 20 libras sterlingorum; item do Hildegardi sorori mee, Luberto filio suo ac filiabus suis 30 libras sterlingorum; item Godefrido filio suo do 8 libras sterlingorum; item do Theoderico filio suo 2 libras sterlingorum; item do Elizabet sorori mee et filiis suis Adolfo, Hermanno et Godefrido 70 libras sterlingorum; item do Adolfo de Revele predicto meam partem domus vacate zûme Harste in Colonia; item do residuis pueris Elizabet sororis mee 30 libras sterlingorum; item do Hillenburgi sorori mee et tribus filiis suis et filiabus 10 libras sterlingorum; item do Rorico fratri meo predicto 30 marcas Sosatienses, post mortem eius volo quod cedant hospitali in Attendarne; item do Johanni filio Odeberti in Attendarne 3 marcas Sosatienses; item do Conrado de Steyne et uxori sue 10 marcas Sosatienses; item do Alberto de Blitendorp meo cognato et pueris suis indigentibus 6 marcas Sosatienses; item do et lego tribus filiis et filiabus dicte Hillenburgis sororis mee 50 libras sterlingorum; item do Lamberto fratri dicti Alberti et pueris suis 20 libras sterlingorum; item do neptibus meis in Holthusen becginis, Alberto et Godeschalco fratribus earum 6 marcas Sosatienses; item do Godeschalco dicto Heigth et sororibus suis indigentibus 20 libras sterlingorum. Item do Godefrido cognato meo de Heylincheym duo bona mea in Rederinchusen post mortem Rorici fratris mei; item do meis et quondam domini mei Wedekinde de Lubeke pauperibus consanguineis non nominatis 20 libras sterlingorum convertendas in usus eorum de consilio domini Wedekindi sacerdotis et Adolfi filii sororis mee; item do domino Thilmanno de Columba clerico 2 marcas pagamenti. Preterea volo, quod illi, qui

habent bona mea mobilia inter manus, si ea meliorantur, quando summa 1317
legatorum meorum prescriptorum se extendit, ipsi tertiam partem meliorationis huiusmodi bonorum retineant nec non tertiam partem eorundem bonorum meliorationis dicto hospitali zûme Gronenwalde et ternam tertiam partem meliorationis ipsorum bonorum communibus pauperibus benevolis, scilicet swestris et becgardis, pro salute[1]) anime mee dent et distribuant. Si etiam dicta bona mea mobilia deteriorantur, quod absit, volo, quod unicuique prescriptorum de bonis mobilibus proportionaliter defalcari debeat in sua parte secundum presentis mei testamenti ordinationem. Insuper volo et ordino per presentes, quod omnes et singuli proximi mei consanguinei hoc presens testamentum meum ratum et firmum observant sine contradictione, et quicumque eorum hoc[2]) contradixerit et nititur infringere in toto vel in parte, quod is cadat ab omni iure sibi per me legato, et legata eius volo, quod cedant hospitali zûme Gronewalde memorato. Huius autem mei testamenti eligo meos executores et manufideles filios sororum mearum, videlicet Lubertum de Revele, Adolfum, Hermannum et Godefridum fratres eius de Revele necnon dominum Wedekindum sacerdotem consanguineum meum, dominum Johannem sacerdotem hospitalis zûme Gronewalde et dominum Thilmannum de Columba clericum Coloniensem, quibus in animas eorum committo, ut omnia legata mea superius expressa fideliter exequantur, salva michi plena poteste, quod omnia et singula legata mea et donata, secundum quod michi videbitur expedire, mutare potero et revocare.

In cuius rei testimonium et maioris firmitatis evidentiam rogavi venerabilem virum dominum officialem curie Coloniensis, ut sigillum officialitatis curie sue, necnon rogavi honestos viros dominos Wernerum Overstoltz et Gobelinum dictum Gyr, scabinos Colonienses, ut sigilla eorum una cum sigillo meo proprio ducerent presentibus appendenda. Et nos officialis curie Coloniensis sigillum officialitatis nostre nec non scabini Colonienses iamdicti sigilla nostra ad preces instantes dicti Adolfi de Revele duximus presentibus appendenda. in maius testimonium omnium premissorum.

Actum et datum anno domini millesimo trecentesimo septimo decimo feria quinta proxima ante festum beati Georgii martiris.

Nach dem Original im Archiv der Armenverwaltung.

[1]) Die Handschrift hat saluti.
[2]) Die Handschrift hat hoc.

Nr. 36.

Erzbischof Baldewin von Trier gibt die Zusicherung, den von König Ludwig verkündeten Landfrieden namentlich und die darin enthaltenen Zollbestimmungen beobachten zu wollen. — Bacharach, 1317, 16. Juni.

1317 Wir Baldewin von gotz gnaden erzebieschof zu Tryren und des Romschen richis in Walin ein oberster canceler veriehent und wollent wiszen alle, die diesen brief sehent oder horent lesen, daz wir mit truwen[1]) an eidis stat gelobet hant und gelobent den lantfryden, den kůng Ludewig ein Romscher kung zů Bacherachin gemaht hait mit uns und mit anderen fursten und anderen herren und den stetten, stede zů habenne, zů schirmenne und zů frydenne getruwelichen, als der lantfrydebrief, der da gelesen wart und darůber gemaht ist, stet gescriben unde ist unser gůt wille, daz die stete die funf grozze und was von andere kaufmanschaft do vellit, nach marzal, als der lantfrydebrief seit, als in zů Kobelentz ist gegeben und gesetzit, da nement und sol ir gesinde, die des zolles do warthent und innement, sin in unserme fryden, schirme und geleide, und auch daz gůt, daz in da vellit, sol auch sin in unserme fryden und geleide da zu Kobelentz und dannen zů fůren, als verre als unser gewalt get, an geverde. Unde dez zů urkunde und vester stedekeit so han wir unser ingesiegel gehenket an diesen brief, der wart gegeben an der mittewochen vor sante Johanstag des dauffers zů Bacherachin, do man zalte von Crist geburthe druzehen hundert iar dar nach in dem sybenzehesten iare.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel gut erhalten.

Nr. 37.

König Ludwig stiftet mit den Erzbischöfen von Mainz und Trier, dem Könige Johann von Böhmen und Polen, vielen Grafen, Herren, Freien und Dienstmannen, dann den Städten Köln, Mainz, Worms, Speier, Achen, Oppenheim, Frankfurt, Friedberg, Wetzlar und Gelnhausen einen sieben Jahre dauernden Landfrieden von Hert oberhalb Speier bis Köln. — Bacharach 1317, 22. Juni.

Nach dem Original im Stadt-Archiv abgedruckt bei Lacomblet II, 159. Das Majestätssiegel schön erhalten. Das mit dem kleinen Stadtsiegel untersiegelte

[1]) Die Handschrift hat tuwen.

Exemplar beginnt: Wy Ludewic van goytz genaden Roymscher koninc to allen 1317
tiden merere deis richs dun kunt allen deyn geynen, dey deysen breyf ayne seynt end horent leysen, dat wi etc.

Nr. 38.

Erzbischof Peter von Mainz gelobt, den zu Bacharach geschlossenen Landfrieden halten zu wollen. — Bacharach, 1317, 22. Juni.

Wir Peter von godis gnaden erchebuschof zů Menze, des heyligen Richis in Tuizen lande overste kanzeleyr verheint ind willent wizzen alle de, de deysen breyf seynt oder horent leysen, dat wir mit truwen an eyd stad gelobent haint inde gelobent, den lantvreden, den kuning Lodewich ein Romischer kunich zů Bacherache gemacht hait mit uns inde mit anderen vůrsten inde andern heyren ind den steten, stede ze habene, zů beschirmene ind zů bevredene getruweliche, as der lantvredebreyf, de dar geleysen wart ind taruber gemagt is, stait geschrevin. Unde des zů urkunde ind vester steiticheyt so hayn wir unser ingesegil gehengt an desen breyf, der wart gegeven zů Bacherache an der mitwechen vor senthe Johans dag des toufers, dů man zalte van godis geburten druzeynhundert iar dar na des sebenzeynden iars.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel schön erhalten.

Nr. 39.

Der Graf Johann von Spaynheim gelobt, den zu Bacharach geschlossenen Landfrieden halten zu wollen. — Bacharach, 1317, 22. Juni.

Das Original im Stadt-Archiv stimmt wörtlich mit Nr. 38 überein. Das verletzte Siegel zeigt noch von der Umschrift: Secretum Joha. comitis hem.

Nr. 40.

König Johann von Böhmen und Polen gelobt, den zu Bacharach geschlossenen Landfrieden halten zu wollen. — Bacharach, 1317, 22. Juni.

Wir Johans von gotz gnadin kůng zů Beheim und zů Polan und grave zů Lutzelnbůrg veriehent und wollent wiszen alle, die diesen brief sehent oder horent lesen, daz wir mit truwen an eidcs stat gelobet

1317 hant und gelobent, den lantfryden, den kûng Ludewig, ein Romscher kûng, zû Bacherachen gemaht hat mit uns und mit anderen fursten und anderen herren und den stetten, stede zû habenne, zû schirmenne und zû frydenne getruwelichen, als der lantfrydebrief, der da gelesen wart und darûber gemaht ist, stat gescriben. Unde dez zû urkunde und fester stedekeit so han wir unser kûnglich ingesiegel gehenket an dysen brief, der wart geven zû Bacherachen an der mittewochen vor sante Johanstage des deiffers, do man zalte von Christ geburthe drûzehenhundert iar darnach in dem siebenzehetsteme iar in dem siebenden iar unsers rieches.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Majestätssiegel sehr verletzt.

Nr. 41.

Der Rath der Stadt Speier sendet einen Boten an die Stadt Köln, um den für den Landfriedensschutz bestimmten Antheil am Zolle zu erheben. — 1317, 24. Juni.

Den erberen wisen lüten den burgermeisteren und deme rate von Colne enbientent wir der rat von Spire unseren getruwen dienst mit aller erberkeit. Fritzen Grawen unseren geswornen heinburgen, der uch disen unseren offen brief entwurtet, senden wir uch ze botten mit demeselben unserme brieve von unseren wegen, so sendent uch die burgere von Menze ir botten und die burgere von Wormesze irn botten mit irn offen brieven ze nemene und ze enphahenne von deme zolle, der bi uch ist daz gût, daz zû deme solde der soldener vallen sol, alse ez ze Bacherach wart gered und ubertrage, und die stette do von enander schiedent, und bittent uch, daz ir in daz gût entwurtent und sie daran fürdernt iemer durch unsern dienst, und dez zû eime urkunde senden wir uch disen brief besigelt mit unser stette insigele.

Dat wart geben, do man zalte von gotes geburte druzehen hundert iare in dem sibenzehenden iar an sante Johans dage ewangelisten.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das grosse Speierer Stadtsiegel ziemlich erhalten.

Nr. 42.

König Ludwig bestimmt mit Zustimmung der Fürsten von Mainz, Trier und Böhmen, auf welche Weise der durch den Landfrieden zugelassene Zoll erhoben werden soll. — Bacharach, 1317, 24. Juni.

Wir Lûdwig van gotes genaden Römschir kûnig ze allen ziten

merer des riches veriehen[1]) und wellen wizzen alle, die disen brieff ansehent oder horent lesin, daz wir mit unseren fůrsten Peter ertzebischoff von Mentze, Baldewin ertzebischoff von Triere und Johanse kůnige van Beheim und von Polin, unserin lieben swager, den zol, den wir ze dem friden ufgesetz haben, als an dem lantfridebriefe stat, legent und setzent alsus: von den zwene und zwentzich grozen turnosen, die uns und den fürsten werden sûlen, siben groze ze Chobelentz unde nûn groze ze Rinmagen ze nemene, die anderen sechse, wil der ertzbischoff von Chollen disen friden mit uns halten, sol der ertzbischoff nemen, alsus dri ze Andernache und dri ze Bunne, wil aber er den friden nicht haben mit uns, so sûln wir den kûnig der selben sechser turnos nemen, dri zo Chobelentz und dri ze Rinmagen, abir die eilfe groze, die wir hant geben und benûmet den steten den friden ze schirmen, setzen wir alsus ze nemene von den steten, funf groze ze Kobelentze und die anderen sechse ze Choln, und wellen, daz die bůrgere von Kobelentz von ir gûte, daz in wesset in ir stete marke und termene, keinen zol geben ze Kobelentze an dem zolle. Unde ze urchûnde und vestekeit dirre dinge han wir unser kûniclich ingesigel gehenket an disen brieff, der wart geben ze Bacherach an sand Johans abent des touffers, do man zalte von Cristes gebûrte drûzenhundert iar nach in dem sibentzenden iare in dem dritten unseres riches. 1317

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Majestätssiegel ziemlich gut erhalten.

Nr. 43.

Kraft von Greifenstein gelobt, den zu Bacharach geschlossenen Landfrieden getreulich beobachten zu wollen. — Köln, 1317, 27. Juni.

Original im Stadt-Archiv; gleichlautend mit Nr. 38. Das Siegel, mit der Umschrift: S. Craftonis de Grifenstein, gut erhalten.

Nr. 44.

Wilhelm, ältester Sohn des Grafen Gerhard von Jülich, gelobt, den zu Bacharach geschlossenen Landfrieden halten zu wollen. — Köln, 1317, 28. Juni.

Wir Wilhelm eirste sun unses lieven heirren heren Gerardes des greven van Gulcge dûn kûnt allen den gienen, die diesen breif seint

[1]) Ist das niederdeutsche verghen = gesinnen, befehlen.

1317 inde horent lesen, dat wir gelovet han inde geloven inde gesworen hain up ten heyligen, de lantfride, den unse heirre her Ludewich van godes genaden Romesche kůninc zů Bachgerachge gemachget hait mit ten fursten inde anderen heirren inde den steiden, stiede zů haldene, zů schirmene inde zů vriedene getruligen, als der lantfridebreif des vůrgenumdes kůnnix gelesen wart zů sente Marien zů den grieden binnen Kolne inde da over gemachget is, steit geschriven. Des zů eyme inde vaste stiedigeit so hayn wir unse ingesigel gehangen an diesen breif, die gegeven is zů Kolne up sente Peters inde Paules avent der apostelen anme iare godes dusent druhundert inde sevenzeyn iar.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel ist ein Reitersiegel, auf welchem der Graf mit einem Falken auf der linken Hand, unter dem Pferde ein Hund erscheint.

Nr. 45.

Der Graf Adolf von Berg gelobt, den zu Bacharach geschlossenen Landfrieden halten zu wollen. — Köln, 1317, 29. Juni.

Das Original im Stadt-Archiv stimmt wörtlich mit Nr. 38 überein. Das Reitersiegel verletzt.

Nr. 46.

Richter, Bürgermeister, Schöffen, Rath und gemeine Bürger der Stadt Duisburg geloben, den zu Bacharach geschlossenen Landfrieden halten zu wollen. — 1317, 30. Juni.

Das Original im Stadt-Archiv stimmt wörtlich mit Nr. 38 überein. Das Siegel, der segnende Heiland auf dem Throne, zeigt die Umschrift: Sigillum oppidanorum de Duysborg.

Nr. 47.

Reinald der Jüngere Graf von Geldern gelobt, den zu Bacharach geschlossenen Landfrieden halten zu wollen. — Köln, 1317, 7. Juli.

Das Original im Stadt-Archiv, wörtlich übereinstimmend mit der Urkunde Wilhelm's von Jülich vom 28. Juni 1317. Das kleine Reitersiegel gut erhalten; es hat die Umschrift: Sigillum Reinaldi primogeniti comitis de Gelria.

Nr. 48.

Erzbischof Heinrich II. erklärt, dass er den Landfrieden auf sieben Jahre mit geschlossen habe, aber sich nicht gegen den Landfrieden verfehlen würde, wenn er dem Könige seiner Wahl Hülfe leiste. — 1317, 9. Juli. 1317

Wir Heynrich van godes genaden der heylger kirghen van Colne erschebischop inde des heylgen riches overste kantzeler overberg dûn kunt allen dengienen, de diesen breif aneseynt ove horent leysen, dat wir die eyndreichtegeit inde die satzûnge des lantfrieden, des de steyde overdragen haynt, umbe gemeyne noit inde nûtz inde den koifman zû beschirmene upme wassere inde upme lande, seven iair zû dûrene, hayn geloift in goden trûwen inde siggereit in eydstat zû haldene, zû beschirmene na unser maigt, beheltenisse uns, dat wir deme Koninge, den wir gekoren hayn, helpen mogen mit all unser maigt inde dat wir damede weder den lantvriede neit in missedûn.

Des zû eyme urkûnde hayn wir unse ingesigel gehangen an diesen breif, die gegeven is inme iair godes dusent druhundert inde sevenzeyn iair des satersdages vûr sente Margeraten dage.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel etwas verletzt.

Nr. 49.

Graf Wilhelm von Arnsberg gelobt, den zu Bacharach geschlossenen Landfrieden halten zu wollen. — Köln. 1317, 31. Juli.

Das Original im Stadt-Archiv, stimmt wörtlich mit Nr. 38 überein. Das gut erhaltene Siegel mit einem nach rechts sehenden Adler hat die Umschrift: S. Wilhelmi comitis de Arnsberhg.

Nr. 50.

König Ludwig bestimmt, dass jeder, der zu ihm kommen will, vorher den Landfrieden beschwören soll. — Oppenheim, 1317, 8. August.

Wir Ludowich von gotes gnaden Romischer chunich, ze allen zeiten merer des riches, veriehen offenlichen an diesem briefe, daz wir mit unserer fürsten rat und willen setzen und wellen, ist daz ieman, ez sei herre oder stat, ritter oder knecht, in den gemainen lantfriden, den wir, die fürsten, die herren und die stete gemachet haben, zû uns chumen

1317 wil, der sol sweren den friden ze behalten, ze beschirmen und ze behelpen, als der lantfridesbrief sagt, und sol daz trû vor dem houbtmanne und vor der houbtstat, die dem, der zû dem fride chûmen wil, aller nehest gelegen ist, an alle geverde. Daruber ze einem urchunde geben wir disen brief mit unserem insigel versigelt, der ist gegeben zû Oppenheim des sûntags nach sande Peters tach, do man zalt von Cristes gebürt dreytzenhûndert iar dar nach in dem sybentzehenden iaire, in dem dritten iare unseres riches.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Majestätssiegel etwas verletzt.

Nr. 51.

Der Graf Wilhelm von Hennegau, Holland, Seeland und Herr von Friesland gelobt, den zu Bacharach geschlossenen Landfrieden halten zu wollen. — Köln, 1317, 9. August.

Das verletzte Original im Stadt-Archiv, stimmt wörtlich mit Nr. 38 überein. Das gut erhaltene Reitersiegel hat die Umschrift: S. Guillelmi dei gratia comitis Heynn., Holl., Zelandie, domini Frisie.

Nr. 52.

Der Rath der Stadt Speier bevollmächtiget den Heinrich von Regensburg zur Erhebung des der Stadt Speier zukommenden Antheiles an dem Zolle. — 1317, 19. October.

Honore dignis viris prudentibus et laudandis consulibus Coloniensibus consules Spirenses sincerum animum in omnibus famulandi Heinricum de Regensberg concivem nostrum, presentium exhibitorum pro nuncio ex parte nostra thelonium apud vos respiciente vobis mittimus, cui clavem unam ciste, in qua idem thelonium reponetur, assignetis, qui coram nobis iuravit, vobis, Moguntinensibus et Wormatiensihus in receptione dicti thelonii, sicut et nobis fideliter se tenere. Et boc idem iurare debent coram vobis vestri etiam nuncii, in presentia eiusdem nostri et dictarum civitatum nuncii similiter hoc iurabunt. In cuius rei testimonium sigillum nostre civitatis presentibus est appensum.

Datum anno domini 1317, in crastino Walriei.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel schön erhalten.

Nr. 53.

Das Stift St. Gereon erhält von der Witwe des Heinrich von Niederich und deren Tochter Eliana vierundzwanzig Morgen Land, gelegen zwischen der Stadt Köln und dem Kloster Mechtern. — 1317, 30. November.

In nomine domini amen. Universis presentes litteras visuris et auditituris, Arnoldus dei gratia decanus ecclesie sancti Gereonis Coloniensis rei geste cognoscere veritatem. Noveritis, quod in presentia nostra constitute Druda relicta quondam Henrici de Nederich civis Coloniensis et Eliana filia sua, monialis monasterii in Vrouwendale, cum consensu et voluntate magistratus sui coniunctim renunciaverunt et effestucaverunt ore, manu et calamo, pure, simpliciter et omnino super omni iure et proprietate, quod et que ipsis conpetebat seu competere posset in futurum in viginti et quatuor iurnalibus terre arabilis sitis inter Coloniam et monasterium monialium ad Martires in diversis locis subscriptis, qui iure concessario a nobis moventur et tenentur, de quibus vero viginti et quatuor iurnalibus terre predicte quinque iurnales et dimidius iacent in ortis iuxta agros quondam domini Brunonis Hardevust militis; item quinque iurnales terre cum fovea dicta Leymkule iacent inter Coloniam et monasterium ad Martires predictum; item quinque iurnales et dimidius terre iacent ex uno latere versus portam Eygilsteynne iuxta terram quondam domini Johannis Hardevûst militis et ex alio latere iuxta terram dicti Provers; item quatuor iurnales et dimidius terre, iacent iuxta terram dicti quondam domini Brunonis Hardevûst ex uno latere et in alio latere iuxta terram domini Johannis Hardevûst prenotati bone memorie; item unus iurnalis terre iacet ex opposito dictis quatuor et dimidio iurnalibus; item duo iurnales et dimidius terre, iacent in campis et tendunt cum uno ordone super dicto uno iurnale ad manus Hermanni de Novo-foro et Drude uxoris sue legitime, civium Coloniensium, ita quod iure optinebunt. Preterea dicti Hermannus de Novo-foro et Druda coniuges ac Druda primogenita eiusdem Drude presentibus nobis et aliis iuratis nostris hyemannis[1]) infrascriptis coniuncta manu pro se et eorum heredibus resignaverunt et supraportaverunt ac in perpetuum donaverunt libere et absolute donatione perfecta inter vivos sine spe revocandi honorabilibus personis Godefrido Hardevûst viceco- 1317

[1]) Es waren dieses die Besitzer der sogenannten Hayenhöfe. Vgl. Bd. I. S. 408.

1311 miti Coloniensi et Hadewigi uxori sue legitime viginti et quatuor iurnales terre arabilis antedictos, prout iacent pro certa summa pecunie, quam ipsi Hermannus de Novo-foro et Druda coniuges ac Druda primogenita loco pretii dictorum viginti et quatuor iurnalium terre in evidentes usus eorum se publice fatebantur recepisse a Godefrido vicecomite et Hadewige, coniugibus memoratis, ad quorum manus ipsi etiam Hermannus et Druda, coniuges, ac Druda primogenita pro se et eorum heredibus renunciaverunt et effestucaverunt ore, manu et calamo pure, simpliciter et de plano super viginti et quatuor iurnalibus terre prenotate, omne ius et proprietatem, quod et que ipsis in terra prescripta competebant, in manus dictorum Godefridi vicecomitis ac Hadewigis, coniugum, et suorum heredum penitus et imperpetuum transferendo, ita quod ipsam terram iure optinebunt et convertere poterunt, in quascunque manus eis videbitur expedire. Econverso vero dicti Godefridus vicecomes et Hadewigis, coniuges, attendentes eorum profectum et utilitatem coniuncta manu pro se et eorum heredibus reconcesserunt et locaverunt dictis Hermanno de Novo-foro et Drude coniugibus pro se et eorum heredibus recipientibus et conducentibus viginti et quatuor iurnales terre memoratos, prout iacent, hereditario possidendos, habendos et colendos eorum denariis et expensis pro duodecim marcis hereditarii census denariorum Colonie usualium et dativorum, quem quidem hereditarium censum prefati Hermannus et Druda, coniuges, ac eorum heredes exnunc deinceps dictis Godefrido vicecomiti et Hadewigi, coniugibus, et eorum heredibus singulis annis dabunt et persolvent terminis infrascriptis, videlicet sex marcas eiusdem pagamenti nomine census in festo beati Jacobi apostoli et alias sex marcas eiusdem census in festo purificationis beate Marie virginis vel infra quatuor septimanas post quemlibet dictorum terminorum immediate sequentes sine captione, tali etiam adiecta conditione, si dicti Hermannus et Druda coniuges vel eorum heredes in solutione dicti hereditarii census negligentes fuerint aliquo anno in quocunque terminorum prescriptorum, quod extunc dicti viginti et quatuor iurnales terre arabilis, prout iacent cum eorum melioratione sunt et esse debent eisdem Godefrido vicecomiti et Hadewigi, coniugibus, et eorum heredibus hereditario iure devoluti, ita quod eos convertere poterunt, in quascunque manus voluerint, contradictione dictorum Hermanni et Drude, coniugum, ac heredum suorum qualibet non obstante. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem sigillum nostrum duximus presentibus appendendum.

Actum presentibus discretis viris Henrico dicto Kneyart sacerdote, Thilmanno in Molengassen, Henrico de Lunde, Godeschalco de Via, Alberto de Lymbebuchoven et Hennekino dicto Greve de Robelinchoven

nostris iuratis hyemannis, anno domini millesimo trecentesimo septimo 1317
decimo in die beati Andree apostoli.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel abgefallen.

Nr. 54.

Wilhelm von Millen und vier Genossen treten unter näher angegebenen Bedingungen auf ein Jahr in den Kriegsdienst der Stadt Köln. — 1317, 3. December.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Wilhelmus de Milne miles, Henricus de Sprenkelhoven, Heynricus dictus Kint, Otto de Wickerode et Genckinus de Rens notum facimus, quod iuravimus ad sanctos esse in stipendio civitatis Coloniensis, quam nos et sanctam pacem terre defendere debemus et tueri cum aliis coniuratis ad eandem per annum unum continuum, qui currere incepit sabbato proximo post festum beati Bartholomei apostoli nunc elapso, sic quod quilibet nostrum debet habcre dextrarium valentem plus quam quinquaginta marcas Coloniensis pagamenti et duos equos, quorum unus melior esse debet quam viginti marce. Et si dextrarius vel equus in servitio civitatis vel pacis terre periclitatur, quam bonus fuerit dextrarius, non magis quam quinquaginta marce de pagamento Coloniensi dabuntur pro eodem, et pro meliori equo non magis quam viginti marce dicti pagamenti debent dari et pro tertio equo nichil. Item si aliquis nostrum talem excessum fecerit, quod merito debet licentiari, de hoc domini de consilio civitatis Coloniensis habent potestatem faciendi sine contradictione. Quando vero nuncius predictc civitatis venerit ad domum alicuius nostrum, quod Coloniam vel ad alium locum, quem demandant, cum armis veniamus, tunc sequenti die et nocte sub expensis nostris veniemus et ulterius dabuntur cuilibet nostrum de die et nocte quinque solidi pagamenti pro expensis, quamdiu durat ipsa reysa. Et si aliquis nostrum vel de nostra familia in conflictu vel persecutione, que gerenne vocatur, ab inimicis interficitur, quod absit, vel vulneratur, hoc nemo de heredibus nostris et consanguineis requiret ex parte nostra et vulneratus suis expensis se sanari faciet et curari. Si vero aliquis nostrum capitur cum servo suo, ille habebit quinque solidos Coloniensis pagamenti de die et nocte pro expensis, et si solus captus fuerit infra annum, tunc non, sed triginta denarios habebit pro expensis, quamdiu vinculis est conclusus. Et ex parte civitatis Coloniensis non fiet compositio cum illo, qui ipsum captivavit, nisi prius quitus sit a captivitate, sed si permittit se exactionari vel artari ad expensas inconsuetas dandas, que atzinge dicuntur, de hoc

1317 civitas nichil habet agere nec respondere. Item nullus dominorum terre nec aliquis alter debet exclusus esse, quicunque fecerit contra civitatem vel pacem terre, illius inimici debemus esse sine dolo. Item omnes captivos, qui nobis et familie nostre cedere poterunt, debemus civitati et Coloniensibus civibus assignare, sed equos, arma et alia mobilia possumus retinere. Et pro huiusmodi servitio faciendo per annum predictum consules civitatis Coloniensis predicte dabunt nobis Wilhelmo predicto centum et triginta marcas et cuilibet de nobis aliis dextrarium et duos equos habenti centum et viginti marcas pagamenti predicti, de quibus denariis habebimus quibuslibet tribus mensibus preteritis in anno quartam partem, fraude et dolo cessantibus penitus in premissis. In cuius rei testimonium nos Wilhelmo de Milne predictus sigillum nostrum duximus presentibus appendendum, quo sigillo nos alii sumus contenti.

Datum sabbato post festum sancti Andreae apostoli anno domini millesimo trecentesimo septimo decimo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das gut erhaltene Siegel hat die Umschrift: S. Willi. de Millen et Wichenrode.

Nr. 55.

Schreinseintragung über die Stiftung, welche Friedrich Schetere für ein ewiges Licht in der Kirche St. Lorenz macht. — 1317, 12. December.

Notum est, quod Fredericus Schetere et Styna uxor sua legitima tradiderunt et remiserunt duas marcas hereditarii census denariorum pro tempore solutionis usualium ad illuminandum lampadem pendentem in choro beati Laurentii Coloniensis, que lampas diebus et noctibus in perpetuum ardebit. Et si aliquid de predictis denariis huiusmodi lampade illuminata superfuerit seu remanserit, hoc dabitur ad illuminationem alterius lampadis pendentis ibidem ante corpus dominicum, que due marce nunquam vendentur nec alienabuntur a predictis lampadibus, ut dictum est, illuminandis. Et ipse due marce solventur singulis annis de medietate domus dicte Boyllinheym in festo nativitatis domini vel infra quatuor septimanas post ipsum terminum sine captione. Si vero huiusmodi due marce solute non fuerint, ut est dictum, prefata medietas dicte domus ad ecclesiam beati Laurentii predictam ad illuminandas predictas duas lampades, ut dictum est, devolvetur.

Datum anno domini 1317 in vigilia beate Lucie.

Aus einem Fascikel eines Schreinsbuches.

Nr. 56.

Das Kloster Weiher verzichtet zu Gunsten des Klosters Mechtern auf einen von der Klosterschwester Kunigunde, Tochter des Johann Hardefust, herrührenden Antheil an den Rheinmühlen. — 1317, 14. December.

Nos Clementia humilis magistra totusque conventus monasterii ad 1317
Piscinam extra muros Colonienses notum facimus universis presentia visuris et audituris et id idem publice protestando, quod nos cum Conegûnde filia[1]) quondam domini Johannis Hardevust in Molengassen commoneali nostra ad manus honeste matrone domine abbatisse et conventus monasterii ad Martires prope muros Colonienses et super una parte puerili, quam dicta Conegundis habuit in una tertia parte unius molendini super Renum pendentis ante civitatem Coloniensem ex parte quondam patris sui predicti renunciavimus et effestucavimus, renunciamus et effestucamus simpliciter et de plano, ita quod dicta domina abbatissa et conventus ad Martires dictam tertiam partem unius molendini habebunt, tenebunt et possidebunt pacifice et quiete pleno iure, prout ipsa pars puerilis de dicta tertia parte ad ipsam Conegundim dinoscitur pertinere. Super hiis in testimonium atque fidem sigillum conventus nostri presentibus duximus appendendum.

Datum crastino beate Lucie virginis anno domini millesimo trecentesimo septimo decimo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel hat die Umschrift: Sigillum sancte Marie in Picina um die hl. Maria mit dem Christuskinde auf dem Schoosse.

Nr. 57.

Der Graf Adolf von Berg erneuert mit der Stadt Köln das Freundschaftsbündniss, wonach zu Deutz keine Festungswerke errichtet werden dürfen, gegenseitiger Schutz für Land und Leute gehandhabt, kein Angriff für fremde Schulden geduldet, die Schlichtung etwaiger Streitigkeiten bestimmten Schiedsrichtern überlassen werden solle und die Aufrechthaltung des Vertrages durch benannte Bürgen garantirt wird. — 1318, 2. Januar.[2])

Abgedruckt bei Lacomblet III, 167, nach dem Original im Stadt-Archiv. Im Abdruck muss es heissen: Ailf greve van dem Berge, statt Ailf van dem Berge. Das Reitersiegel mit Rücksiegel gut erhalten.

[1]) Die Handschrift hat filie.

[2]) Es ist mit Ausnahme der Bürgen wörtlich derselbe Vertrag wie der vom

Nr. 58.

Der Graf Gerhard von Jülich und die Stadt Köln fordern die Städte Mainz, Worms, Speier, Oppenheim, Frankfurt, Wetzlar, Friedberg und Gelnhausen auf, gegen den Erzbischof von Köln, der den Frieden gebrochen und den Kaufmann zur Zahlung übertriebener Zölle zwinge, auf Grund des Landfriedens Hülfe zu leisten. — 1318, 3. April.

1318 Abgedruckt bei Lacomblet III, 170, aus dem grossen Privilegienbuch f. 79. Das Original im Stadt-Archiv; hiernach muss gelesen werden: S. 139 Z. 2 v. o. missus statt iussus, Z. 12 v. o. vursprochen statt vursprachen, Z. 14 v. o. mich der greve statt mir de greve, Z. 15 v. o. haint statt hat, Z. 9. v. u. wande sye duynt statt want sye dune, Z. 1 v. u. Niderland statt Anderland, S. 140 Z. 5 v. o. gedrucken statt weder drucken, Z. 6 v. o. nummer boden noch statt nummer noch, Z. 12 v. o. Ortlibo iuvenem ad Abam statt Ralbo ad iuvenem; Z. 13 v. o. zume royden-schilde statt zu me reyde schilde.

Nr. 59.

Der Landfriedensvogt Wilhelm von Holland erklärt, Alles zu genehmigen, was sein Bruder bezüglich des Landfriedensbruches durch die Belagerung von Brühl festgesetzt hat. — Köln, 1318, 4. Mai.

Nos Gwilhelmus Hannonie, Hollandie, Selandie comes dominusque Frisie et provincialis advocatus terre inferioris, notum facimus et tenore presentium publice protestamur, quicquid honorabiles viri cives Colonienses ad iussum spectabilis viri Johannis domini de Beamunt fratris nostri dilecti fecerunt et interceperunt ad obsidendum et circumvallandum castrum et opidum Brüyle, de quibus per spolia et rapinas ac alia multa mala perpetrata sancta pax terre generalis multipliciter fuerat violata, quod hoc idem frater noster, quem propter hoc premisimus Coloniam, de auctoritate nostra iussu fecit et consensu, et sibi warandiam de hoc prestamus per presentes, quibus sigillum nostrum est appensum in testimonium super eo.

9. Juni 1262 (Bd. II, 448), vom 7. Januar 1280 (Bd. III, 156) und vom 7. September 1299 (Bd. III, 464). In der von der Stadt Köln untersiegelten Ausfertigung dieser Urkunde werden als Bürgen aufgeführt: Hilger von der Stessen, Ritter, Gottschalk Overstolz, Sohn des Matthias Overstolz, Rütger von Lyskirchen, Johann Hardevust, Göddert der Grefe, dessen Bruder Johann vom Horne, Dietrich Gyr, dessen Bruder Kuno, Johann Jude, Göddert Hardevust in der Rheingasse, Heinrich Jude, Johann von Hirtze.

Datum Colonie crastino inventionis sancte crucis anno domini mil- 1318
lesimo trecentesimo decimo octavo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel — ein Adler, einen Schild mit einem Löwen haltend — sehr verletzt.

Nr. 60.

Der Erzbischof Peter von Mainz, der Deutschmeister Karl von Lothringen und der Graf Gerhard von Jülich übernehmen es, einen Spruch zu fällen in Sachen des Landfriedensbruches, den sich der Erzbischof von Köln hat zu Schulden kommen lassen. — 1318, 17. Juni.

Wir Johan greve von Sphainheim, Craift von Grifenstein, Gerart von Endilsdorf, troississe von Juliche, Gerart Overstolz, Goitschalc Overstolz, Goderd der greve und Godart Hardevust, burgere von Kolne, don kunt, daz wir von unsen heren de greven von Juliche und unse stat von Kolne und unse burger gemeynecliche und ander unse eytgenozen, die zu deme lantfrieden horent, und andere unse helfere haben bevolen den erberen heren und fürsten, die auch mit uns in deme lantfriden verbunden sint, heren Peter van godes genaden erzebischof des heylingen stoles van Meyntze, eirzekenzelir des heyligen riches uber Duzelant, unde heren Balduyne van Trire, van godes genaden eyn eirzebischof der heyligen kirchen van Trire, eirzekenzeler des heyligen riches ober Welzelant, und auch heren Karle deme hoenmeystere van deme Duzin husen, alle die brûiche, die unse here her Henrich eirzebischof van Kolne und sin helfere binnen deme lantfriden sint der zyt, dacz her den lantfriden mide gelobede und sine brife darof gaf zu haldene uns, unse burgeren und anderen koufluden und eyme eyklichen manne, gedayn haint ader von in gescheyn sint, also dacz si zû eynem male oder zû me ziten samenckliche oder sunder, ir zwene oder ir eyner, of ir keyner abegeingen, des got nicht in wellen, ob nicht darbi kûme mochte umbe etzeliche noit oder kûmen in wolde, tuschen hie und des heyligen Cristes abende uns ende geben und sprechen of ir bescheydinheit, oder wayt si von recht sprechen und auch nach irer bescheydinheyt sullen si bestellen und bewaren, dat der lantfriden diese seis iair gehalden werde von dem vorgenanten unsme heren von Kolne, also asse her gelobt hait, und wat si sprechen, dat moge si in derselben zyt ercleren, ob si wollen und sûllen aûch den brûil, hûys und stat, also lange halden in irre gewalt mit der gulde und notze, der darzu gehouret, bis dat si uns na irre bescheydenheyt bewaren an den vorgenanten stûcken, und sollen den brûyl inne halden alle dri oder irer zwene oder ir eyner

1318 also da obene von ende geschriben stiet. Und haben wir zû eyme urkunde alre disser vorgenanten dingen diesen brif besegilt mit yngesigelin des eydelen mannes heren Gerardis des grebe van guliche und der stat von Kolne und hangen die ingesigele daran. Und wir Peter van Menze und Balduwin van Trire erzebischofe vorgenant und heren Karle deme hoenmeyster uns des dinges ane genûmen haben, asse it beschriben steyt, und wir her Karle der vorgenante homeyster erkoyven uns ouch desselben und haben wir ouch unse ingesigele zû eym urkunde des an diesen brif gehangen.

Und geschach daz na godis gebûrte dusent iair druhundert iair und eichtzien iair an deme samzdage in der pingestwochen.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel des Erzbischofs Peter gut erhalten, ebenso das des Hochmeisters; es zeigt dieses die Gottesmutter mit dem Kinde auf einem Thron, mit der Umschrift: S. Magist. hosp. scte. Marie Teut. Irlm.; das dritte ist das Reitersiegel Gerardi comitis Juliacensis et Nemoris, das vierte das grosse Siegel der Stadt Köln.

Nr. 61.

Der Erzbischof Baldewin von Trier und der Deutschmeister Karl bestimmen als Schiedsrichter, dass die Stadt Köln und der Kölner Clerus wegen des gebrochenen Landfriedens ausgesöhnt sein sollen. — Coblenz, 1318, 17. Juni.

Wir Baldewin von godes gnaden eyn erzebischof von Triere und her Karl overste meister des duitzen huses, soinlude, bit dem erbern heren hern Peter erzebischof zû Mentze, gekorn von dem edelen manne greben Johanne von Spanhaym und den burgeren von Kolne an den sachen, der si und ir helfere scholt gaben dem eirberen heren hern Henriche erzebischove zû Kolne, dat her den gemeynen gesworนen lantfriden solde gebrochen haben, setzen und sprechen von der macht und gewalt, die uns bevolen ist, dat die prior, prelaten, paffen, leyen, mûniche und nonnen, die da bestonden der stat von Kolne und dem lantfriden und nicht dem erzebischove von Kolne, solen sin [1]) in aller irer vriheit und in al irer gulde und nutz und ere, assi vor waren, und solen dar inne bliven, also dat man si von den sachen, die sich van den dingen heir verloufen haben sint des lantfriden zyt, nicht sal schuldigen, und also sulen si gesonet syn. Daruber han wir unse yngesigele an diesen brief gehangen zû Kovelenze, do man zalte von godis geburte dusent iair druhundert in dem eichtzeinden iare an deme samztage na pingisten.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die beiden Siegel verletzt.

[1]) Die Handschrift hat si.

Nr. 62.

Der Erzbischof Peter von Mainz und der Deutschmeister Karl fällen einen Schiedspruch in der Landfriedensstreitsache zwischen dem Erzbischof Heinrich und der Stadt Köln. — Coblenz, 1318, 17. Juni.

Wir Peter van goydes genaden eyn erzebischof van Mentzen inde 1318
her Karl overste meyster des Duetschen hûses, sûynlude mid deme eirbern heren herren Baldewyne dem erzebischoeve van Tryren, gekoeren van deme eydelen manne greven Johanne van Spaynheym inde den burgeren van Kolne an den sachchen, der sy inde ir helpere schûlt gaven dem eyrberen heren heren Heynriche dem erzebyschove van Kolne, dat he den gemeynen gesworen lantvriede szolde gebrogchen haven, setzen inde spregchen van der macht inde gewalt, die uns bevolen is, dat die priore, prelaten, paffen, leygen, mûngche inde nûnnen, die da bestûnden der stad zû Kolne inde deme lantvrieden inde niet dem erzebyschove van Kolne, sûlen syn in aller irre vryheid inde in alle ir gûlde inde nûtzce inde eren, alsy vor waren, inde sûlen dar inne bliven, also dat man sy van den sagchen, die sych van den dingen her verloefen haven sint des lantvriedes tziet, nicht sal schûldighen, inde also sûlen sy geszûent syn. Dar over hain wir unse ingesziegele ain diesen brief gehangen zu Kovelenzce, du man zalte na godes gebûrden dûsent iar dryhûndert iair in deme achzciendem iaire an deme samezdage nach phynkesten.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel des Erzbischofs gut erhalten, das des Deutschmeisters verdrückt.

Nr. 63.

Johannes Nusneit, Operarius Argentinensis, bescheinigt, vom Rathe der Stadt Köln den Lohn für seine geleisteten Dienste erhalten zu haben. — 1318, 27. Juni.

Universis presentes litteras visuris et audituris, ego magister Johannes operarius Argentinensis dictus Nusneit notum facio, quod honorabiles viri et prudentes consules, scabini, magistri civium ceterique cives civitatis Coloniensis michi de salario meo michi per eos promisso ratione servitii ipsis per me impensi totaliter satisfecerunt et amicabiliter pagaverunt, unde eosdem ab omni impetitione quitos reclamo et absolutos per presentes, dolo et fraude a me in hiis exclusis. In cuius

1318 rei testimonium atque fidem, ex quo proprio careo sigillo, rogavi Reynkinum dictum de Aquis civem Coloniensem, Johannem dictum Merswin et Petrum dictum Rodenbûrg, cives Argentinenses, ut sigilla sua pro me presentibus traderent communita, quod nos Reynkinus Johannes Merswin et Petrus Rodenbûrg predicti fatemur esse verum, et nos sigilla nostra ad preces dicti magistri Johanni Nusneit apposuisse huic scripto in testimonium omnium premissorum.

Datum feria tertia post festum nativitatis beati Johannis Baptiste anno domini millesimo trecentesimo decimo octavo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die Siegel verletzt.

Nr. 64.

Rente, welche der Guderadis, Schwester des Matthias Pantaleon und Nonne des Klosters Mechtern, an einem Hause in der Devegasse zusteht. — 1318, 9. September.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Mathias filius quondam Mathie Pantaleonis, Rutgerus Overstoltz et Rutgerus Overstoltz fratres, cognati sui, fili quondam honesti viri Henrici Overstoltz et Richmodis uxoris sue, civium Coloniensium, notum facimus tenore presentium protestantes, consensum nostrum et voluntatem unanimiter adhibuisse cum effectu, quod Gûderadis soror predicti mei Mathie Pantaleonis monialis monasterii monialium ad Martires extra muros Colonienses ad eius usumfructum quamdiu vixerit singulis annis habeat, tollat et recipiat unam marcam annui census denariorum pro tempore usualium et dativorum in domo vocata hern Oyns-hûs, sita iuxta lapideam domum Christiani de Tuitio in platea Coloniensi, que Devegasse appellatur, versus portam Grecorum, quam domum Arnoldus filius quondam Symonis inhabitat, solvendam sibi per eundem Arnoldum et suos heredes anno quolibet in termino debito et consueto, videlicet in festo nativitatis domini, tali modo, quandocumque dicta Gûderadis monialis viam universe carnis est ingressa, extunc dicta marca annui census est prefato monasterio et conventui monialium ad Martires libere et hereditarie devoluta, singulis annis in dicto termino sibi persolvenda de domo memorata, salva dimidia marca annui census denariorum Colonie usualium et dativorum honorabili viro domino Gerardo de Luntgassen scabino Coloniensi et suis heredibus persolvenda de domo supradicta, fraude et dolo cessantibus penitus in premissis. Super hiis in testimonium atque firmitatis amplioris evidentiam nos Mathias filius

quondam Mathie Pantaleonis nec non Rutgerus Overstoltz senior cognatus 1318
eius predicti sigilla nostra duximus presentibus appendenda, quibus sigillis ego Rutgerus Overstoltz iunior predictus contentus sum in premissis. Ego vero Arnoldus filius quondam Symonis prenominatus omnia et singula premissa vera esse de scitu meo recognoscens sub sigillis presentibus appensis me obligo ad solutionem annuorum censuum predictorum.

Datum crastino nativitatis beate Marie virginis anno domini millesimo trecentesimo octavo decimo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Nur noch ein Siegel (verletzt) hängt an.

Nr. 65.

Johannes van der Hallen wird Helfer und Bürger der Stadt Köln und verpflichtet sich gegen eine Rente von fünfzehn Mark erforderlichen Falles zu bewaffneter Hülfeleistung. — 1318, 2. October.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos iudices, scabini, consilium ceterique cives Colonienses notum facimus, quia Johannes dictus van der Hallen gratis obsequiis et beneficiis se nobis conformavit, quod ipsum recepimus in promotorem nostrum et concivem, sic quod concives nostros in omni loco, ubi posse habet, defendere debet et tueri in bonis et personis nobisque assistere contra quemcunque volentem nos opprimere in iuribus nostris, libertatibus et bonis consuetudinibus, que et quas hactenus habuimus et adhuc habemus in scriptis vel sine scriptis, tamquam fidelis promotor noster et concivis. Et quia super hiis servandis nobis prestitit iuramentum tactis sacrosanctis, deputamus et damus eidem quindecim marcarum redditus pagamenti Colonie usualis et dativi pro tempore dandos sibi et pagandos singulis annis in festo beati Remigii vel infra quatuor septimanas postea sine captione, quando eos post ipsum terminum duxerit requirendos. Promisit etiam prefatus Johannes sub prestito iuramento suo, si requisitus fuerit ex parte nostra, quod statim Coloniam veniat in propria persona cum armis et dextrario cooperto ad honorem suum apud nos manendi et nobis assistendi tam diu, donec sibi licentiam dederimus recedendi. Et nos dabimus eidem qualibet die quinque solidos Colonienses pagamenti usualis pro expensis suis, quibus contentus esse debet sive nimius vel plus expendat, et in nullo casu poterit nobis de cetero contradicere vel diffidare, fraude et dolo cessantibus penitus in premissis. In cuius rei testimonium et firmitatem sigillum commune civitatis Coloniensis duximus presentibus appendendum.

1318 Datum in crastino beati Remigii anno domini millesimo trecentesimo decimo octavo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel verletzt.

Nr. 66.

Giso von Molsberg wird gegen ein Bürgerlehen von fünfzig Mark Edelbürger der Stadt Köln und verpflichtet sich im Falle der Noth zu bewaffneter Hülfe mit einem Ritter und acht Knappen. — 1318, 7. October.

Universis presentes litteras visuris et audituris, nos Gyso dominus de Moelsberg notum facimus, quod propter grata beneficia, que honorabiles viri domini iudices, scabini, consules ceterique cives Colonienses nobis gratanter multipliciter impenderunt et fecerunt, nos conformavimus eisdem et effecti sumus concivis eorundem, sic quod ipsos defendere debemus et tueri in terra nostra et in omni loco, ubi posse habemus, tamquam homines nostros in bonis et personis ipsisque assistemus et fovebimus eosdem in omnibus iuribus, eorum libertatibus et bonis consuetudinibus, que et quas hactenus habuerunt in scriptis et sine scriptis et adhuc habent, et quicumque eos in hiis opprimere vellet aliquo modo cum violentia et iniuriose, contra illum consilio et auxilio iuvabimus eosdem cives Colonienses, tamquam fidelis civis sue civitati facere tenetur in tali casu, ita quod nos non possumus ipsis civibus in aliquo casu contradicere vel diffidare nec permittemus eosdem in terra nostra et alibi pregravari iniuriose et molestari pro posse nostro. Si etiam aliquis civium Coloniensium aliquem in terra nostra conveniret vel conveniretur cum querela pro debitis vel alia de causa, tunc bonum et gratiosum faciemus sibi fieri iudicium sine captione, que vair vocatur. Si vero aliquis civium Coloniensium debita contraheret in terra nostra vel quod absit delictum perpetraret, pro eo non permittemus alium concivem eorum innocentem gravari nec pignorari, sed unusquisque conquerens contentus erit iure. Sed si aliquis civium Coloniensium alloqueretur pro debitis ab aliquo in terra nostra et hoc negaret, is sola manu iuramento prestito a tali allocutione absolvetur favorabiliter sine captione, que vair appellatur. Et si contigerit, quod ipsi cives requirunt a nobis auxilium, tunc tenebimur statim venire et intrare Coloniam in propria persona cum uno milite et octo armigeris cum armis et coopertis dextrariis bene preparatis ad honorem nostrum ibidem permanendi cum eis tamdiu, donec nobis licentiam dederint recedendi, et dicti cives dabunt nobis qualibet die quinque marcas denariorum tunc Colonie usualium

et dativorum pro expensis nostris et sociorum nostrorum, quibus contenti esse debemus sive magis sive minus expendamus vel expendant. Et ut premissa omnia et singula rata servemus et inconvulsa, prestitimus iuramentum nostrum tactis sacrosanctis coram dominis de consilio civitatis predicte, quod ea inviolabiliter facere debemus et observare sine dolo. Et pro huiusmodi conditionibus servandis dabunt nobis ipsi cives et pagabunt annuatim quamdiu vixerimus quinquaginta marcas denariorum pro tempore Colonie usualium et dativorum in festo beati Remigii vel infra quatuor septimanas postea sine captione, quando eas post terminum predictum duxerimus requirendas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus appendendum. 1318

Datum sabbato post festum beati Remigii anno domini millesimo trecentesimo decimo octavo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel, ein nach links springender Löwe, hat von der Umschrift noch: Gis... olsber...

Nr. 67.

Das Nonnenkloster zur hl. Maria vor Andernach verzichtet Namens dreier Nonnen auf deren Antheil an den Kölner Rheinmühlen. — 1318, 16. October.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos prepositus, magistra totusque conventus monasterii monialium beate Marie extra muros Andernacenses ordinis beati Augustini, Treverensis diocesis, notum facimus tenore presentium protestantes, quod coniunctim una cum Godeleve, Druda et Sophia sororibus, commonialibus nostris, filiabus quondam honestarum personarum Gerardi Marsilii de Palatio in Viltzergraven et Katherine uxoris sue legitime, civium Coloniensium, renunciavimus et effestucavimus, renunciamus et effestucamus pure, simpliciter et omnino per presentes super omni iure et proprietate, quod et que[1]) ipsis sororibus commonialibus nostris de obitu parentum suorum predictorum cesserunt et eisdem competere possent in futurum in omnibus molendinis existentibus et pendentibus in alveo Reni ante Coloniam, ad manus Gerardi Marsilii de Palatio et Marsilii, fratrum dictarum sororum et filiorum quondam coniugum prescriptorum penitus transferendo, ita quod ipsi fratres huiusmodi ius et proprietatem dictarum sororum suarum in prefatis molendinis iure optinebunt et divertere poterunt ac transferre in quascumque manus eis videbitur expedire, fraude et dolo ac omni iuris auxilio canonici et civilis penitus exclusis in premissis. Super hiis in testimonium et perpetuam firmitatem nos prepositus nostrum et nos magistra et con-

[1]) Die Handschrift hat quam.

1318 ventus predicti monasterii nostri sigilla duximus de unanimi nostro scitu et consensu presentibus appendenda.

Datum feria secunda proxima ante festum beati Luce evangeliste anno domini millesimo trecentesimo octavo decimo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die beiden Siegel verletzt.

Nr. 68.

Erzbischof Baldewin von Trier verkündet den Schiedspruch, über den er und der Erzbischof von Mainz und der Deutschordensmeister Karl sich in der Streitsache zwischen dem Erzbischof Heinrich von Köln einerseits, dem Grafen von Jülich und der Stadt Köln andererseits geeinigt haben. — Coblenz, 1318, 24. December.

Wir Baldwin von godes genaden erzbischof der helier kirchen von Triren, des helien riches erzcancelere in Gallia, dûn kunt allen den, di disen brief gesient oder hürent lesen, dat wir und der ersam geistlich man brûder Karl homeister des Duzes ordens in den dingen, der wir ind er beliden waren und syn, bit dem erberen voursten hern Petre dem erzbischove von Menze inswischen dem ersamen vorsten heren Heinriche erzbiscove ze Kollen vor sich und sine helfere uf eine syte, dem edelen manne hern Gerarte greven ze Gulche, di stat von Kollen vor sich und ir helfere uf die ander syte, zo andren ziten gesproken han vor dem brule, dat alle die gevangene von beiden syten, die in irme crige gevangen synt von der zyt, dat der bischof von Kollen den lantfriden gelobte und daruf sinen brief gaf besigelt, solen los und ledich syn irs gevanomsses, und paffen, muniche, nonnen und alle geisliche lude, und ouch wertlich von beiden syten in ir recht, gût und eren solen wider gesat syn, als si waren vor dem vorgescrevenen crige, und der lantfride gehalden sal werden, als er gemacht, gescreven und besigelt is, und von dem bischof von Kollen, als er gelobt hat bit sinen brieven inû anderwerven spreichen wir bit dem biscove von Menze, wat wir vor dem Brule sprachen, als da vorgescreven is, dat daz beide partien halden solen und volbrengen. Und were yet darwider gedaen an verbuntnisse oder gelobte von den paffen von Kollen wider irme hern den biscof von der zyt, dat er den lantfriden gelobte und daruf sinen brief gaf, dat hin hindren müchte an eren oder an gûde, dat sal slechts abe syn und nyet macht han. Und spreichen vorbaz, swat der bischof von Kollen oder sine helfere, die er betwingen mach, uf strassen oder wasser genomen hant eyme ilichen oder wat der namen in di vesten, di er betwingen mach, comen is von weme it si, von der zyt

dat er den lantfriden gelobte und besigelte zo haltene bis hude, di 1319
name sal er wider tûn bis sente Mertins dach, (de) nû kûmen sal, dengenen, si syn paffen, leyen oder wer si syn, di si irclagent und kûntlich machent bit besceidenheit bis oysteren cûmende. Were aber dat daz digene, di sich clagent bit dem bischove von Kollen, irre clage und irre kûntscaf nyet eindrechtich in worden, di ûneindrechticheit mûgen wir und der erzbischof zû Menze ûzrechten, dan ûznemen wir rouf und brant, di in offintlicher vientscaf gesceen synt von beiden syten, und ouch di Rynsce zûlle. Und spreichen ouch, dat der bischof von Kollen sal geloben unter sinen brieven bit sime ingesigele und bit mûnde, also lange alse stat und bûrch zûm Brûle in unsen handen steent und na sinen brieven, dat er darzû encheinerleye archlist keren sal noch encheine sine vrunt oder helfere, und dat selve sal die andre partie dûn. Und spreichen me, dat der bischof von Kollen sal scaffen, dat sine dri stede Andernache, Bonne und Nusse solen geloben bit iren offenen brieven, di man sal lesen vor iren gemeinden under irem ingesiglen, of der bischof di stucke, di davor gescreven synt, nyet steede en hilde und darwider queme und hin dat ûmbûden wir und der erzbischof von Menze, dat er sich bit hen nyet behelfin en sole noch in moge, also lange bis her die clage kûntliche gerichte, und dat si da in binnen wider des bischofes widersachen sûnderliche noch samencliche helfin noch dûn in solen, oder si hinderen. Und spreichen, dat alle dise stucke solen di partien halden an archlist.

Und geschach dat zû Covelenze und wart dirre brief gegebin under unsme ingesigele, dû man zalte von godes geburte dûzent druhondert und achzeen iair uf den virentzwentzichsten dach vame decembre.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel gut erhalten.

Nr. 69.

Wilhelm von Millen, Herr zu Wickrath, wird gegen ein Bürgerlehen von zwanzig Mark Edelbürger der Stadt Köln und verpflichtet sich, derselben auf Erfordern mit vier Knappen zu Hülfe zu eilen. — 1319, 4. Februar.

Das Original im Stadt-Archiv, ist gleichlautend mit den anderen Edelbürgerbriefen. Das Siegel verletzt.

Nr. 70.

Papst Johann XXII. beauftragt den Abt von Deutz, den Scholaster von Bonn und den Domherrn Alexander von Linep, in der Streitsache zwischen der Stadt Köln und dem Erzbischof zu entscheiden. — Avignon, 1319, 20. Februar.

1319 Johannes episcopus servus servorum dei, dilectis filiis abbati monasterii Tuiciensis et scholastico Bunnensi Coloniensis diocesis ac Alexandro de Linepe canonico Coloniensium ecclesiarum salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis iudices, scabini et commune civitatis Coloniensis petitione monstrarunt, quod venerabilis frater noster Henricus archiepiscopus Coloniensis pretendens minus veraciter, quod dicti iudices, scabini et commune quosdam redditus et proventus et nonnulla alia bona ad maiorem Coloniensem et alias ecclesias Coloniensis diocesis spectantia violenter destruere, ac alias eisdem ecclesiis per incendia et rapinas dampna gravia et iniurias irrogare presumpserant, eisdem iudicibus, scabinis et communi [1]) non monitis nec citatis, nec etiam super hiis confessis seu convictis, sed absentibus non tamen per contumatiam ex arrupto sine aliqua cause cognitione, quamquam sibi de premissis aliquatenus non constaret, prout nec constare poterat, cum ea non essent notoria neque vera, in eosdem iudices et scabinos excommunicationis et in ipsum commune et ecclesias dicte civitatis, ac in ipsam civitatem interdicti sententias motu proprio contra iustitiam promulgavit, iidem vero iudices, scabini et commune quamprimum id ad eorum pervenit notitiam, cum ipsius archiepiscopi in loco existentis non tuto, ad quem propter guerrarum discrimina, que tunc in illis partibus ingruebant, absque personarum et rerum suarum periculo accedere non valebant nec procuratorem seu nuntium destinare, presentiam adire nequirent, coram quo si copiam habere potuissent, ipsius [sic] parati erant proponere, quod cum sibi de premissis aliquatenus non constaret, prout nec constare poterat, cum ea non essent notoria neque vera, idem archiepiscopus contra dictos iudices, scabinos et commune super hiis iuri stare paratos ad huiusmodi sententias, taliter de iure procedere non poterat nec debebat, ac ab eodem archiepiscopo humiliter petere, ut easdem sententias quatenus ad illas de facto processerat, revocaret, protestatione super hiis coram probis viris facta, videlicet, quod ipsius archiepiscopi propter premissam causam adire presentiam non valebant, nec ad eum procuratorem seu nuntium destinare, et causa appellationis expressa, scilicet

[1]) Die Handschrift hat commune.

quod premissa non erant notoria neque vera, ac propter hoc ad huiusmodi sententias minus iuste processerat contra eos, ut superius est expressum, ad sedem apostolicam appellarunt, sed iusto ut asserunt impedimento detenti huiusmodi eorum appellationem non sunt infra tempus legitimum prosecuti. Quare nobis humiliter supplicarunt, ut huiusmodi lapsu temporis non obstante providere eis super hoc paterna solicitudine curaremus. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit appellatione postposita decernatis, facientes quod decreveritis auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. 1319

Datum Avignone XII. kal. martii, pontificatus nostri anno quarto.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das plumbum hängt an.

Nr. 71.

Werner von Rode verpflichtet sich der Stadt Köln gegenüber zu derselben Freundschaft und Hülfeleistung, worin sein Vater und Oheim des Schlosses Rode wegen gestanden haben. — 1319, 26. März.

In nomine domini amen. Universis presentes litteras visuris et audituris ego Wernerus de Rode filius quondam domini Werneri de Rode militis, abnepos quondam domini Werneri de Rode senioris, notum facio, quod cum olim iudices, scabini, consilium ceterique cives Colonienses dictum dominum Wernerum de Rode seniorem patruum meum consideratis et pensatis rei publice utilitate, fidelitate et obsequiis ipsis et civitati Coloniensi prestitis et prestandis ab ipso quondam domino Wernero de Rode seniore et heredibus suis ipsumque et suos heredes legitimos, qui sibi in castro suo de Rode et eius dominio succederent, recepissent in concives suos ipsique domino Wernero viginti marcarum redditus annuos in concivilitatis fidelitatem concessissent eosque optinuissent et fideliter deservivissent usque ad tempora vite sue et postmodum dominos Johannem dictum Scheyvart eius filium legitimum et Wernerum de Rode patrem meum, dicti domini Werneri senioris nepotem, milites, qui eidem domino Wernero equaliter successerunt in castro de Rode predicto et eius dominio, in suos recepissent concives et fidelitatem concivilitatis innovassent cum eis, itaque ipsi domino Wernero patri meo et suis heredibus decem marcas et ipsi domino Johanni dicto Scheyvart

1319 decem marcas singulis annis in festo beati Martini dare promisissent et suis heredibus, qui ipsi in portione sua dicti castri succederent[1]), et nunc me, qui dicto domino Wernero patri meo in sua parte dicti castri succedo et eius dominio, in eorum concivem recipiendo ad conditiones subscriptas admittunt et admiserint, ad quas dictus pater meus dum vivebat ipsis civibus Coloniensibus et ipsi cives sibi exstitit obligatus et michi dare promiserint singulis annis in festo beati Martini ratione dicte concivilitatis decem marcas meque et homines meos in civitate Coloniensi manutenere, tueri et defendere tamquam eorum concives. Ego viceversa ratione concivilitatis cum ipsis contracte dictos cives Colonienses manutenere, tueri et defendere promitto in rebus eorum et personis per me et meos ubicumque posse habuero bona fide per presentes. Insuper si eis necessitas supervenerit, propter quam me vocari contigerit in adiutorium eorum, civitatem Coloniensem intrabo cum armis ad assistendum eis et ad defensionem rei publice et ipsorum civium Coloniensium tamdiu, quousque me licentiaverint, et tunc dabunt michi pro servitio et expensis meis sex marcas singulis mensibus et ad ulteriora ex pacto michi non tenebuntur. Et ut dictum ad premissa omnia observanda firmiter et fideliter in quantum me et heredes meos contingunt prestito super hoc corporaliter iuramento civitati Coloniensi presentibus me obligo volens, ut heredes mei legitimi, qui michi succedunt in parte mea castri predicti, premissa firmiter et fideliter observent et divisione reddituum predictorum facta inter quondam dominum Wernerum patrem meum et quondam dominum Johannem dictum Scheyvart patruum suum sint contenti. In testimonium premissorum sigillum meum duxi presentibus apponendum. Nos vero iudices, scabini, consilium ceterique cives Colonienses premissa omnia vera esse recognoscimus et predictum Wernerum et suos heredes in civitate Coloniensi manutenere, defendere et tueri promittimus tamquam nostros concives nos ad premissa omnia obligantes. In cuius rei testimonium atque fidem sigillum commune civitatis de scitu nostro duximus presentibus apponendum.

Actum anno domini millesimo trecentesimo decimo nono feria secunda ante festum beati Quirini martiris. Si vero ego Wernerus vocatus a civibus Coloniensibus, ut dictum est, unum militem meum adduxero, simili modo pro quolibet mense pro expensis suis et servitio sex marce a civibus Coloniensibus dabuntur. Actum et datum ut supra.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das grosse Stadtsiegel verletzt, das Siegel des Werner von Rode hat die Umschrift: S. Werneri de Rode.

[1]) Vgl. Bd. II, 471. 473, Bd. III, 401. 538.

Nr. 72.

Erzbischof Heinrich II. sichert den rheinabwärts kommenden Schiffen sicheres Geleit von Remagen bis Köln zu. — 1319, 4. Juli.

Nos Henricus dei gratia sancte Coloniensis archiepiscopus, sacri im- 1319
perii per Italiam archicancellarius, notum facimus universis presentes litteras visuris et audituris, quod quando naves cum vinis et frumento seu aliis rebus et bonis, quocumque nomine censeantur, de Confluentia pervenerint usque Reymagen, nos ipsas naves cum personis in eis existentibus (et) bonis in nostram recipiemus protectionem et conductum, promittentes bona fide tam personas quam naves cum bonis in eis existentibus secure conducere usque Coloniam sine dolo, salvo nobis in Bunna de qualibet carrata vini pro theolonio tribus grossis Turonensibus et de aliis bonis secundum portionem equalem. Et ut premissa firmiter observentur, fecimus promittere nobiscum pro hiis nobiles viros Rupertum comitem de Wirnenburg, consanguineum nostrum dilectum, Johannem comitem de Nassouwen, Hartradum dominum de Merenberg et Fredericum de Erenberg militem. Super hiis in testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Et nos Ropertus comes de Wirnenburg, Johannes comes de Nassouwen, Hartradus dominus de Merenberg et Fredericus de Erenberg predicti super hiis in testimonium, quia vera sunt, sigilla nostra duximus presentibus apponenda, omni dolo et fraude hiis amotis.

Datum anno domini millesimo trecentesimo decimo nona feria quarta post octavas beati Johannis Baptiste.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die Siegel des Erzbischofs und des Grafen von Virnenburg sehr verletzt, das dritte, ein Andreaskreuz in einem gestirnten Felde zeigt die Umschrift: S. Hatardi de Merenb..., das vierte, ein Löwe in dem mit acht Schindeln besetzten Felde, zeigt noch: ... comitis de Nassav..., das fünfte, ein links schief sich ziehender Querbalken im Felde, mit 4 Gleven oben und fünf unten, zeigt noch: Sigillum Friderici ... urg.

Nr. 73.

Papst Johann XXII. ertheilt in der Appellationssache der Stadt Köln gegen den Erzbischof Heinrich dem Abt von Deutz, dem Scholaster von Bonn und dem Kölner Domherrn Alexander von Linepe den Auftrag, die Klage der Stadt, dass der Erzbischof ohne Urtheil und Recht Bann und Interdict über die Stadt verhängt habe, zu untersuchen und eine Entscheidung zu fällen. — Avignon, 1319, 14. October.

Abgedruckt bei Lacomblet III, 176, nach dem Original im Stadt-Archiv. Das plumbum hängt an.

Nr. 74.

Dietrich von Rheinbach quittirt der Stadt Köln den Empfang von zehn Mark. — 1319, 12. November.

1319 Viris prudentibus et honestis amicis suis dilectis iudicibus, scabinis, consulibus et universis civibus Coloniensibus Theodericus dominus de Reymbach concivis eorum quicquid potest servitii et honoris cum salute. Vestram rogo sententiam affectuose, quatenus Rigolpho de Mummerslog et Lodewico Gysonis concivibus vestris decem marcas, quas hoc anno ratione concivilitatis mee in festo beati Martini proximo nunc futuro michi dare tenemini, nomine meo detis et solvatis, de quibus denariis vos quito et solutos dimitto per presentes, quibus sigillum meum est appensum in testimonium super eo.

Datum crastino Martini anno domini millesimo trecentesimo decimo nono.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel, zwei übereinanderliegende Gleven, verletzt; es zeigt noch von der Umschrift: S. T. ...dri de R....ach.

Nr. 75.

Der Knappe Wilhelm schwört der Stadt Köln bezüglich der Gefangenschaft, darin er eine Zeit lang gehalten worden, Urfehde. — 1319, 29. November.

Das Original im Stadt-Archiv. Es siegeln für ihn Otto von Wraken und Arnold von Bachem; ersteres sehr verletzt, das andere, zwei schräg gehende Querbalken im Felde, hat die Umschrift: S. Arnoldi militis de Baghem.

Nr. 76.

Der Junker Heinrich von Reifferscheid, auf den das Bürgerlehen von fünfzehn Mark von seinem Vater übergegangen ist, wird der Stadt Köln Edelbürger und verpflichtet sich, auf Erfordern derselben mit zwei Rittern und acht Knappen zu Hülfe zu eilen. — 1320, 11. Januar.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Henricus domicellus de Rifferscheyt, canonicus Coloniensis, notum facimus tenore presentium publice protestando, quod cum viri prudentes et honesti iudices, scabini,

consules ceterique cives Colonienses redditus annuales quindecim marcarum pagamenti Coloniensis, quas nobilis vir dominus Johannes de Rifferscheyt, dominus genitor noster, ab eisdem tenuit et habuit multis temporibus retroactis, nobis concesserint et prestiterint et ob hoc ipsorum effectus sumus concivis sabbato post festum ephiphanie domini sub anno eiusdem millesimo trecentesimo vicesimo, propter quod etiam ipsi universaliter et singulariter in terra nostra et dominio ac iurisdictione et extra bona fide a nobis et nostris hominibus defensi erunt in bonis et personis, custodiemus etiam ipsos et civitatem Coloniensem pro posse nostro et tenebimus in omnibus suis iuribus, libertatibus et bonis consuetudinibus, que et quas ab antiquo in scriptis et sine scriptis hactenus habuerunt. Et si aliquis in hiis ipsos opprimere vellet violenter quoquomodo et iniuriose, contra illum vel illos ipsis assistemus consilio et auxilio, tamquam civis fidelis suis concivibus et civitati facere in hoc tenetur, ita quod non possumus neque debemus ipsos diffidare aliquo casu contingente, nec permittemus ipsos in terra nostra et alias, ubi posse habemus, iniuriose gravari. Si aliquis etiam ipsorum aliquem in terra nostra conveniret vel conveniretur cum querela pro debitis vel pro alia causa, tunc faciemus ipsis fieri iudicium gratiosum et sine captione. Si vero etiam aliquis eorum nostrorum concivium Coloniensium in terra nostra debita contraheret vel, quod absit, delictum perpetraret, propter hoc non debet alter alienus seu innocens pregravari nec pignorari, sed unusquisque conquerens contentus erit iure. Et si requisiti fuerimus ab eisdem in adiutorium ipsorum, tunc personaliter Coloniam veniemus statim cum duobus militibus et octo armigeris cum dextrariis coopertis ad iuvandum ipsos cum honore. Et propter hoc dabunt nobis pro persona nostra quolibet mense sex marcas et pro quolibet milite tantum ac pro quolibet famulo tres marcas pagamenti Coloniensis pro expensis de mense. Preterea si prefati nostri concives vel civitas Coloniensis indiguerint auxilio nostro extra Coloniam, tunc veniemus ipsis in adiutorium secundum nostrum posse et honorem sub expensis nostris sine dolo, et erunt detenti in omnibus munitionibus nostris atque castris deinsuper et deinfra et poterunt de ipsis equitare pro sua voluntate et profectu. Et quicumque dominium et castrum de Bedebure nobis vivo vel mortuo optinuerit, tenebitur premissas conditiones iurare et servare modo et forma supradictis, et illi dare et solvere tenebuntur redditus quindecim marcarum predictarum, nec nos aliquid de eisdem quindecim marcis a prefatis nostris concivibus Coloniensibus requirere poterimus vel debebimus quoquomodo, omni dolo et fraude exclusis in premissis. In cuius rei testimonium et robur premissorum sigillum nostrum presentibus est appensum.

1320

1320 Datum et actum anno et die predictis.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel, ein Herzschild im Hauptschilde mit einem Turnierkragen darüber, hat die Umschrift: S. Henrici de Rifferscheit.

Nr. 77.

Erzbischof Balduin von Trier einigt sich mit der Stadt Köln über die Stadt und Feste Brühl dahin, dass Graf Johann von Spanheim gegen eine bestimmte Subvention dieselbe als Burggraf in Verwahr und Hut nehmen soll. — 1320, 11. Februar.

Nos Baldewinus dei gratia sancte Treverensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Galliam archicancellarius, nos quoque iudices, scabini, consilium totaque communitas civitatis Coloniensis notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod cum castrum et oppidum de Brole alias per spectabiles et excellentes viros dominos Hollandie, viceadvocatum, Juliaci, Gelrie et de Monte comites, civitatem Coloniensem ac eorum coadiutores circumvallatum pariter et obsessum in periculoque non modico perditionis instantis existens nos Baldewinus, archiepiscopus predictus tamquam arbiter una cum reverendo patre domino Petro Moguntino archiepiscopo et religioso viro fratre Karulo summo magistro domus Theutonicorum beate Marie Iherusalemorum a reverendo patre domino Henrico Coloniensi archiepiscopo ad ipsius requisitionem et preces multiplices ac instantis honoris ac utilitatis sue et ecclesie sue causa recepimus obligata cum suis iuribus et pertinentiis universis pro hiis, que super suis defectibus et attemptatis pacem sanctam et generalem attingentibus pronuntiare coniunctim seu divisim vel ordinare duceremus. Verum quia prefatus dominus, archiepiscopus Coloniensis ea, que apud predictum castrum Brole cum fratre Karulo summo magistro predicto de ratihabitione, consensu et voluntate archiepiscopi Moguntini predicti inter eundem dominum archiepiscopum Coloniensem et suos adversarios ac prelatos et clerum civitatis Coloniensis et similiter apud Confluentiam nostre dyocesis pronunciavimus, sicut in litteris pronunciationum nostrarum hec omnia plenius continentur, nunc observavit, de quibus multiplices diversorum recepimus questiones, nosque etiam ad inducendum predictum dominum archiepiscopum Coloniensem, ut premissa, sicut tenebatur, impleret facie ad faciem ac litteris et nunciis nostris pluries interpellavimus et venerabilibus viris capitulo maioris prelatis, prioribus et canonicis civitatis et dyocesis Coloniensis, ut eum ad hoc inducerent, scripserimus ac supplicare fecerimus non sine magnis expensis et laboribus effective, de quibus nullum finem ab ipso nec ab

ipsis consequi potuimus vel habere. Cum igitur pro conservatione ipsius 1320
castri graves expensas hucusque fecerimus et adhuc de die in diem pluribus de causis facere nos contingat, nobisque minetur idem dominus Coloniensis ac verisimiliter formidemus, ne prefatum castrum suo districtui subiectum et a nostro remotum auferat et ab eodem nos eiiciat violenter, sicut iam fructus et redditus dicti castri nobis abstulit minus iuste, quod si faceret, quod absit, in honoris nostri plurimum cederet detrimentum. Premissis omnibus et aliis nos compellentibus cum discretis viris et prudentibus predictis civibus Coloniensibus, nostris amicis dilectis, de prefatis castro et oppido et conservatione eorundem concordavimus in hunc modum: videlicet quod in eisdem castro et oppido nobilem virum Johannem comitem de Spanhaym, consanguineum et fidelem nostrum dilectum, burgravium nostrum prefecimus et exnunc preficimus, qui nobis iuravit et promisit bona fide, quod prefata castrum et oppidum cum universis suis pertinentiis et attinentiis nobis constanter et fideliter conservabit, pro eadem constructione viginti viros armatos pedites in dicto castro continue habendo, et tenebitur predictus burgravius prefatos cives contra eorum adversarios, inimicos, pacis sancte transgressores iuvare modis et viis, quibus poterit omni loco et tempore, quotienscunque super hoc ab ipsis fuerit requisitus. Et ad maiorem securitatem dictorum civium faciemus eis dictum burgravium sicut et nobis prestare consimile iuramentum. Preterea dicti cives et sui de predictis castro et oppido equitare, exire et redire poterunt et se de ipso iuvare contra nostros et eorum adversarios supradictos et tenebitur predictus burgravius eis fideliter assistere suo posse, hoc etiam adiecto, quod si dictus archiepiscopus Coloniensis ad rehabendum prefata castrum et oppidum ipsa circumvallaret seu obsideret vel alii quicumque, hoc statim defendere tenebuntur dicti cives iuxta eorum totum posse et nos similiter cum eisdem. Item si ante redemptionem dicti castri burgravium ipsius decedere vel mutari contigerit, extunc nos de voluntate ipsorum civium alium burgravium bonum et utilem sine protractione qualibet preficiemus in castro et oppido supradictis, qui nobis et predictis civibus iuxta formam predictam faciet iuramentum. Et ut predictus burgravius vel, qui pro tempore fuerit, premissa fructuosius valeat adimplere, predicti cives dabunt et assignabunt eidem singulis annis, quibus castrum prefatum et oppidum servare contigerit, in subsidium conservationis eiusdem in eodem castro in quatuor terminis casu quolibet non obstante mille marcas Coloniensis pagamenti, scilicet singulis tribus mensibus ducentas et quinquaginta marcas, ultra proventus ipsius castri et oppidi universos, quos predictus burgravius tenebitur pro suis et suorum in dicto castro et oppido usibus tollere et

1320 levare. Si autem in aliquibus redditibus dicti castri burgravius seu eius officiatus predicti aliquas adversitates seu impedimenta ab adversariis sustinerent, hoc ipse burgravius defensare et ipsi cives efficaciter tenebuntur, hoc etiam adiecto, quod cum defectus pronunciationum nostrarum adimpleti fuerint et predictis civibus de mille et quadringentis marcis dicte monete ante confectionem presentium expositis et mille marcis, ut dictum est, exponendis annualiter pro custodia dicti castri satisfactum fuerit rationabiliter, extunc predicti cives iuramento ipsis a burgravio, qui pro tempore fuerit, seu eius officiato prestito plane renunciabunt et nichilominus ipso facto sint ab eodem iuramento libere absoluti, civesque predicti sine dilatione qualibet presentes litteras nobis tenebuntur restituere et debebunt, predictusque burgravius et eius officiatus nobis predictum castrum et oppidum cum eorum redditibus et attinentiis universis libere sine contradictione qualibet resignabunt et medio tempore predictus burgravius ipsa castrum et oppidum tenebit, ut est dictum. Insuper quamdiu castrum et oppidum predicta per nos restituta non fuerint, dicti cives in preiudicium nostrum castri et oppidi predictorum nichil attemptabunt nec permittent a quoquam, in quantum prohibere poterunt, attemptari nec impedient nos vel nostros, quin dicta castrum et oppidum intrare, inhabitare et exire possimus, quando et quotiens voluerimus pro nostro libito voluntatis, nec nos eos, prout superius est expressum, et cum civibus predictis talem facimus unionem quod divisim pacem, treugas vel tollerantias cum dicto domino archiepiscopo Coloniensi, qui iam nobis adversatur, nullatenus faciemus. Item si contigerit archiepiscopum Coloniensem vel quoscunque suos adiutores cum potentia velle intrare terras nostras, dicti cives quam primum hoc per nos vel alias eis constiterit, tenebuntur terras archiepiscopi et adiutorum suorum predictorum hostiliter et potenter invadere et sic processum eorum in terras nostras seu terminos impedire, et hoc idem eis facere tenebimur vice versa. Et nos iudices, scabini, consilium totaque communitas dicte civitatis Coloniensis premissa omnia et singula, prout superius narrata sunt seu conscripta, recognoscimus esse vera et ad ea observanda nos et nostrum quemlibet nostrosque successores bona fide omni exceptione cessante et dolo, firmiter obligamus et ea promittimus observare. In cuius rei testimonium et roboris firmitatem nos Baldewinus archiepiscopus predictus, nos quoque iudices, scabini et consilium predicti pro nobis, communitate et successoribus nostris predictis civitatis Coloniensis sigilla presentibus litteris duximus apponenda.

Actum et datum a nativitate domini millesimo trecentesimo vicesimo, feria tertia ante festum beati Valentini martiris.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die beiden Siegel sehr verletzt.

Nr. 78.

Graf Gerhard von Jülich schliesst mit der Stadt Köln ein Schutzbündniss auf vier Jahre. — 1320, 27. Mai.

In nomine domini amen. Nos Gerardus comes Juliacensis notum 1320
facimus et publice protestamur, quod cum honorabilibus et prudentibus viris nostris concivibus Coloniensibus et amicis dilectis concordavimus et unionem fecimus singularem, ita videlicet, quod infra quatuor annos continuos, qui in festo nativitatis beati Johannis baptiste proximo currere incipient, in discordiis et guerris nunc presentibus cum tota nostra potentia contra dominum archiepiscopum Coloniensem et eius coadiutores et fautores eis assistemus et eos iuvabimus ac iuvare promittimus bona fide et ipsi cives vice versa cum eorum potentia nos iuvabunt contra prefatum dominum archiepiscopum Coloniensem et eius coadiutores et iuvare promiserunt bona fide in guerris et discordiis nunc presentibus et iam dictis, et mittent nobis predicti cives ad nostram requisitionem in Tulpetum vel in Berghhem viginti quinque equites armatos et viginti quinque equites panzeratos durantibus discordiis predictis eorum sumptibus et expensis, et habebimus in alveo Reni hiis discordiis existentibus et durantibus infra Coloniam et Bunnam de qualibet carrata vini tres grossos Thuronenses in loco, ubi nos cum ipsis eos poterimus optinere, sed cessantibus discordiis predictis et eis sopitis vel penitus pacifitatis ipsos tres Thuronenses deinceps levare et percipere non debemus. Si etiam post compositionem, si quam de dictis presentibus discordiis intervenire contigerit, predictus dominus archiepiscopus Coloniensis nos invaderet occasione premissorum, hoc ad consules civitatis Coloniensis pro tempore existentes perducemus, et si per ipsos sub eorum iuramentis conpertum fuerit, quod hec nobis contingant ex premissis, extunc nos cum trecentis equitibus armatis iuvare fiducialiter tenebuntur, et nos vice versa si dictus dominus archiepiscopus Coloniensis predictos cives invaderet, extunc in propria persona cum ducentis equitibus armatis ipsos iuvare tenebimur bona fide, et hoc adiutorium hincinde faciendum durabit infra annos quatuor antedictos. Quilibet tamen nostrum huiusmodi subsidium facere tenebitur suis propriis sumptibus et expensis, nullus etiam ex nobis conpositionem, treugas, obsidionem castri vel opidi nec resam magnam extra alium facere poterit vel debebit, nisi in hoc concensu et voluntate unanimi concordemus, predictis tamen unione et concordia sic factis post annos quatuor predictos minime valituris. Volumus etiam litteras pacis sancte et alias litteras nostras, quas pre-

1320 dicti cives tam de Juliaco quam de Castere et Berghem a nobis optinent sigillatas ac etiam litteras predecessorum nostrorum in suo robore firmiter permanere, omni fraude et dolo exclusis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum crastino octave octavarum pentecostes anno domini millesimo trecentesimo vicesimo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Reitersiegel verletzt.

Nr. 79.

Ritter Wilhelm von Rost und sein Sohn Gerhard werden als Besitzer des Hauses Frechen gegen ein Bürgerlehen von zwanzig Mark Edelbürger der Stadt Köln; sie verpflichten sich, das Haus Frechen nur in beschränkter Weise zu befestigen und der Stadt auf Erfordern mit drei Knappen zu Hülfe zu kommen. — 1320, 30. Juni.

Abgedruckt bei Lacomblet III, 179, aus dem grossen Privilegienbuch der Stadt Köln f. 67.

Nr. 80.

Die mit der Vertretung der städtischen Interessen beim päpstlichen Hofe betrauten Bevollmächtigten Rutger Raitz und Magister Heinrich berichten über ihre Mission nach Köln und verlangen reichlichere Geldmittel. — 1320.[1])

Honorabilibus et prudentissimis viris dominis suis consilio civitatis Coloniensis Rutgerus dictus Raitze miles et magister Heydenricus procurator in Romana curia existentes se totos et in quolibet genere servitutis. Cottidie et de tempore ad tempus iam per novem menses et modo ultimo per duos nuncios, videlicet Gerardum et Johannem dictos

[1]) Das Datum fehlt in diesem Briefe. Der Brief selbst enthält keine Angaben, woraus sich mit zwingender Gewissheit das genaue Datum feststellen liesse. Die Schriftzüge tragen den Charakter des Anfanges des 14ten Jahrhunderts. Das bestärkt die Annahme, dass die in dem Briefe berührten Streitigkeiten zwischen der Stadt und dem Erzbischof in die Zeit von 1317 bis 1320 fallen. Wenn diese Annahme richtig ist, muss der Brief vor die Urkunden vom 7. Juli 1320, vom 15. August 1320 und vom 14. September 1320 gesetzt werden. Es ist aber auch möglich, dass der Brief unmittelbar vor die Sühne vom Jahre 1328 gesetzt werden muss.

de Nuce fratres et Brunonem dictum de Sacco, defectum nostrum in 1320
pecunia et obligationem nostram, in qua stetimus a festo beati Remigii proximo preterito et amplius et adhuc stamus pro negotiis vestris exercendis, scripsimus, et cum primus nuncius per tres septimanas et alter per duas iter arripuissent ad vos veniendi, in die beate Lucie virginis proximo preterito venit Saxo nuncius vester solus, portans in wanbasio suo consutos ducentos aureos denarios et tres, item in una camisia, quam frater Lodowicus begardus, qui ipsum Saxonem sequi non poterat, assignasse debebat, portavit ducentos denarios aureos consutos et sex tam de moneta florenorum quam francienarum, que parum minus valet floreno, sed difficillime sub valore florenorum creditores nostri eandem receperint, ita quod de numero vestro nobis scripto defecerunt duo aurei, de quorum defectu et presumptione defectus idem becgardus vobis, si interrogaveritis, respondebit, et tandem venit dictus becgardus post ipsum Saxonem per sex dies, licet ipse Saxo per septem septimanas et tres dies stetisset in itinere veniendi, que mora fuit nobis in aquirenda pecunia dampnosa. Item presentavit litteras vestras inter cetera multa impedimenta, quare differebatis nobis scribere vel pecuniam ad curiam mittere continentes, que quidem vere non congruebat nec convenit, sicut nobis videtur, supersedere providendi nobis in pecunia ad servicia consueta cardinalibus, vicecancellario et camerario et aliis amicis vestris ministranda, que maiora fuerunt et sunt et plus constant modo quam anno preterito, quia qui anno preterito servicia et munera vestra recusabant, modo recipiunt et receperunt, et que servicia nos oportet in omnem eventum continuare et nichilominus expensas facere, quousque laqueus in totum conteratur, et vos et nos liberemur, ne grandia et gravia servicia pro vobis facta essent deperdita et amissa. Et si exnunc opus non esset facere expensas et servicia cardinalibus, ut est dictum, oporteret tamen nos satisfacere de creditis contractis in expensis, servitiis cardinalium et aliis necessariis, que ascendunt ad trecentas marcas argenti, ut per dictos nuncios scripsimus, propter quod vestram prudentiam instantissime rogamus, ut sepius rogavimus, quatenus nobis in pecunia in continenti provideatis, ut iuramenta nostra prestita non recedendi de curia ista salvemus, nisi satisfecerimus, non habentes considerationem ad quadringentos et novem florenos aureos modo per Saxonem per vos transmissos, quia non multum extenuant nostrum creditum, quia valorem unius marce nos oportuit recipere pro duabus et adhuc oportet et parum proficiunt ad tanta servitia, et quanto diutius stamus in istis obligationibus, tanto graviores sunt solutiones, modo autem difficilius oportet facere creditum propter quendam militem de Anglia, qui cum creditum mille et ducentorum aureorum florenorum

1320 apud diversos negotiatores contraxisset, non satisfacto silenter affugit. Item quia in eisdem litteris vestris scripsistis iniurias sententiarum et etiam facti, quas Moguntinensis, Treverensis et Coloniensis archiepiscopi contra vos et civitatem Coloniensem ac omnes vobis communicantes et civitatem ingredientes attemptaverunt et adhuc attemptant et ipsis nobis scripsisse debuissetis, si nova retrahentia vos a scribendi proposito non supervenissent frequenter, ut amici vestri aliquod remedium super hoc adhiberent. Vobis scribimus per presentes, quod omnes cardinales amici vestri de hoc dolent, sed papa non doleret, si hoc percepisset, sed scimus, quod de illo gauderet, quia per secretarios camere sue, amicos vestros, aliquando ipsi pape propositum exstitit, quantas iniurias archiepiscopus Coloniensis vobis et indifferenter omnibus ad civitatem Coloniensem euntibus per nova pedagia infligeret, extraxerunt ab ipso hoc responsum, quod, si ipse esset archiepiscopus Coloniensis, ipse obsideret vos undique in civitate nec permitteret aliquem intrare vel exire, quousque haberet suam voluntatem, ex quibus colligere potestis, an ipsum vel curiam Romanam possitis vincere in bono. Nec vobis scribimus, quod archiepiscopo Coloniensi violentiam faciatis, secundum quod vos nobis scripsistis et intellexistis, quod nos vobis consuluerimus, quod ei faceretis violentiam, sed dicimus et scribimus, ut pluries fecimus, quod pro defensione vestra ad omnia, que vobis videritis posse prodesse, contra ipsum et contra omnes iniuriantes manus vestras extendatis, quia scimus, quod alias in bono non vincetis. Scripsistis etiam nobis, quod cum inter archiepiscopum Coloniensem et suos fautores ex una parte et vos ex altera tractandum esset de bono concordie et cooperante domino concordia posset interponi, essemus circumspecti, qualiter manus curie Romane, sententias et gravamina auctoritate apostolica illata possetis evadere, ita quod non remaneretis laqueati, vobis scribimus, quod speramus, quod si concordia auxiliante deo interveniret, quod super hoc omnem possetis habere voluntatem, dummodo archiepiscopus Coloniensis et capitulum hiis consentiat, a domino papa hoc petat et requirat, quia motus omnium cardinalium amicorum vestrorum super hoc resedit et adhuc stat, quod concordia magis valeret, et quod quelibet pars citaretur cum sufficienti mandato ad tractandum super compositione et concordia, si fieri posset, alioquin ex tunc fieret iustitia inter partes, et plus: de novo: infra duas septimanas cum coram papa in publico consistorio ex parte vestra proponeretur in hunc modum: pater sancte, cives Colonienses vincunt. Nam datum est vobis intelligere, quod si aliquo tempore starent in huiusmodi sententiis, deberent se submittere archiepiscopo Coloniensi vel inter eos compositio interveniret; videatis., quod iam annus

elapsus est, quod non curaverint; si assumpsissetis [1]) negotium ipsorum, 1320
iam esset expeditum; placeat vobis pro dei misericordia expedire; papa respondit, quod hucusque multa habuerit facere et propter bonum distulerit dictum negotium, quam cito posset vellet intercedere et expedire. Sed ut scriptum est, ipsum in bono non vincetis. Nichilominus super premissis per privatum et sanum consilium temptabimus, ut mandastis, verum quia tractandum est de concordia, ut scripsistis, si concordia inter archiepiscopum ex una parte et vos ex altera cooperante domino intervenerit et super illa sententiis et gravaminibus vobis illatis de consensu archiepiscopi Coloniensis, sedes apostolica fuerit requirenda, quia multa honorosa servitia et magne expense facte sunt ex parte vestra super privilegiis pro honore et utilitate civitatis vestre impetrandis cogitetis et que cogitaveritis et sub qua forma magis vobis possit prodesse, rescribatis, ut ea cum revocatione gravaminum predictorum et provisionibus clericorum, qui vobis celebraverunt, si possumus, impetremus. Nos enim pro communi utilitate civitatis vestre et honore vestro vires nostras in premissis omnibus procurandis exponemus. Scripsistis etiam, quod de summis pecuniarum assignatis in curia Romana tam per cauwercinos de Brugis quam Leodiensibus ad dictum negotium promovendum, vobis non scripserimus, scimus vobis si recolitis rescripsisse et iterato scribimus. In primis ego Rutgerus per litteras mercatorum de Brugis recepi in curia Romana mille quadringentos et octoginta et sex florenos aureos pro trecentis marcis, computatis quatuor solidorum grossorum Turonensium pro qualibet marca, quas apud dictos mercatores de Brugis deposuistis; postea per litteram Kauwercinorum Leodiensium, quam portavit Saxo lator presentium anno preterito ante festum nativitatis domini quadringentas libras parvorum Turonensium et nigrorum; item postea per litteram eorundem, quam portavit Nagge famulus vester in carnisprivio proximo preterito ducentas libras; item per duas litteras eorundem Leodiensium, quas portavit Adolfus vir nuncius in media quadragesima proxima preterita quadringentas libras et tres Turonensium nigrorum, videlicet in una litera ducentas et sexaginta libras, in alia centum et sexaginta et tres libras, de quibus omnibus socius Kauwercinorum Leodiensium hic existens conqueritur se defectum habere in trecentis libris, tamen de omnibus summis nobis est satisfactum, modo autem quadringentos et undecim florenos aureos et supplicamus ut supra ut ulterius nobis in pecunia provideatis, quia a creditoribus nostris clamores patimur cottidie verecundos. Copiam istius littere per fratrem Lodowicum becgardum ad cautelam mittimus, quia dubius est eventus nunciorum, mutuantes

[1]) Die Handschrift hat assumpsitis.

1320 Saxoni latori presentium duos solidos Turonensium grossorum, quos si placet recipiatis.

Datum dominico die ante nativitatem domini anno etc.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Papier; Brief, zwei Stücke an einander genäht, drei Fuss lang und einen halben Fuss breit; die zwei Siegel abgefallen; an acht Stellen noch die Schnitte sichtbar, wodurch der verschliessende Pergamentstreifen gezogen war. Auf der Rückseite als Adresse steht: Consilio per Saxonem.

Nr. 81.

Der Bischof Adolf von Lüttich und der Graf Adolf von Jülich fällen einen Schiedsspruch in der Streitsache zwischen dem Erzbischof Heinrich einerseits, dem Clerus und der Stadt Köln andererseits. — 1320, 30. Juni.

In nomine domini amen. Nos Adolphus dei gratia episcopus Leodiensis et Gerhardus comes Juliacensis, mediatores assumpti inter reverendum patrem et dominum Henricum archiepiscopum Coloniensem ex una parte, prelatos et clerum civitatis Coloniensis ex altera, super appellationibus interpositis ab eisdem prelatis et clero ac civibus predictis contra mandata ipsius domini Henrici archiepiscopi Coloniensis, attendentes bonum rei publice et concordiam partium predictarum ac etiam ut statum malum totius terre ex premissis aliqualiter subortum in melius reformemus, dicimus ad presens, quod dominus archiepiscopus predictus sine oppositione qualibet in pronunciationes et interlocutorias consentiet, sic quod fiant, ita quod iudices appellationum prelatorum et cleri in Moguntia ac civium Coloniensium predictorum in dyocesi Coloniensi per ipsas suas interlocutorias divisim pronuncient, appellationes predictorum prelatorum et cleri ac ipsorum civium fore et esse canonicas et ipsos rite et legitime appellasse, cassando, irritando et annullando quidquid post et contra dictas appellationes exstitit attemptatum, et renunciabunt partes hincinde omnibus et singulis causis et actionibus appellationum predictarum et negotiorum principalium, nec eisdem utentur in iudicio vel extra quoquo modo. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Actum crastino octavarum beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die beiden Siegel sehr verletzt.

Nr. 82.

Die vom Papste bestellten Appellationsrichter fällen in der Appellationssache der Stadt Köln gegen den Erzbischof den Spruch, dass die von letzterem gegen erstere verhängten Strafsentenzen nichtig seien. — 1320, 7. Juli.

Abbas monasterii Tuitiensis et scolasticus Bunnensis, Coloniensis 1320
diocesis, ac Alexander de Lynepe, canonici Coloniensium ecclesiarum, iudices appellationum ad infrascripta a sede apostolica deputati universis plebanis, rectoribus parochialium ecclesiarum, presbiteris, notariis ac clericis universaliter et singulariter civitatis et diocesis Coloniensis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino. Noveritis, quod causas appellationum interpositarum ad sedem apostolicam a prudentibus et honestis viris iudicibus, scabinis et communi civitatis Coloniensis contra mandata excommunicationis ac interdicti et quascunque alias sententias ac processus factos et habitos, quos et quas venerabilis pater dominus Henricus archiepiscopus Coloniensis in ipsos iudices, scabinos et commune et ecclesias dicte civitatis ac in ipsam civitatem quacumque occasione et causa promulgavit, pronunciamus in hiis scriptis iustas et legitimas esse et fuisse, et predictos iudices, scabinos et commune bene et legitime appellasse, cassantes, irritantes, annullantes, immo cassum, irritum et nullum pronunciantes, quicquid post et contra dictas appellationes vel quamlibet ipsarum per dictum dominum archiepiscopum seu quemcunque alium vel eius occasione et causa fuit et est attemptatum, innovatum et immutatum, cum per amicabilem compositionem inter predictas partes dicte cause et negotia sint sopita, vobis universaliter et singulariter mandantes quatenus per huiusmodi appellationes, quas iustas pronunciavimus, excommunicationum, suspensionum et interdicti ac quascunque alias sententias et processus dicti domini archiepiscopi contra iudices, scabinos et commune, civitatem et ecclesias Colonienses universaliter et singulariter promulgatas fore revocatas et anullatas per vos, alium vel alios, quotienscunque opus fuerit et fueritis requisiti, publice nuncietis et nunciari faciatis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Datum et actum crastino octavarum beatorum Petri et Pauli apostolorum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das erste Siegel hat die Umschrift: S. Alexandr.... asterii Tuyciensis, die des zweiten ist unleserlich, das dritte hat: S. Alexandri de Linepe can. Coloni.

Nr. 83.

(Ist aus Versehen an diese Stelle gekommen, sollte unmittelbar hinter Nr. 63 stehen.)

Der Graf Wilhelm von Holland legt die Vogtei des Landfriedens nieder. — Mons, 1318, 19. Juli.

1318 Nobilibus et potentibus principibus dilectis consanguineis suis comiti Juliacensi et comiti de Montibus ac aliis principibus prudentibusque ac discretis viris iudicibus, scabinis consulibus et magistris civium sancte civitatis Coloniensis necnon universis civibus regalis sedis Acquensis ac omnibus aliis iuratis sancte pacis generalis comes Haynnonie, Hollandie, Zelandie dominusque Frisie salutem cum notitia veritatis. Cum vos de communi concordia me licet indignum dicte pacis per annuum terminum elegeritis advocatum dictusque annus sit completus in festo beati Johannis Baptiste nunc futuro, et ego sim multis guerris et validis occupatus, vos certificare curavi, ne dicta pax remaneat indefensa, quod advocatum alium eligatis, quia me ultra ingerere non propono, hoc tamen salvo, quod iuramentum in dicta pace per me expositum semper una cum aliis conservare curabo, protestans hiis presentibus omnia supradicta. Et ut firmitatem contineant, meum duxi sigillum presentibus litteris apponendum.

Datum apud Montes in Haynonia anno domini millesimo trecentesimo decimo octavo in crastino trinitatis.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel sehr verletzt.

Nr. 84.

Schiedsspruch, den der Graf Gerhard von Jülich mit Beihülfe des Propstes von Mastricht Johann von Kuyck in der Streitfrage zwischen der Stadt Köln und dem Erzbischof Heinrich II. fällt. — 1320, 15. August.

Abgedruckt bei Lacomblet III, 180, aus dem grossen Privilegienbuch der Stadt Köln f. 75. Das Original, mit den sehr verletzten Siegeln der beiden Schiedsrichter, liegt im Stadt-Archiv. Gemäss diesem Original muss gelesen werden S. 146 Z. 16 v. u. leygen statt leyn, Z. 11 v. u. paffschaft statt paffin, eben daselbst wie an verschiedenen anderen Stellen Kuycke statt Luycke, Z. 4 v. u. in binnen statt van binnen, Z. 3 v. u. in buyssen statt van buyssen, S. 147 Z. 10 v. o. gerast statt gericht, Z. 27 v. o. do statt dat, Z. 15 v. u. eyme statt eyne, Z. 9 v. u. vrieheide statt vrunde, ebendaselbst guder statt embder, Z. 8 v. u. eyngheyner kunne statt eyngheyne krumme, Z. 5 v. u. hinter purlingen zu setzen ind genzlichen, S. 148 Z. 4 v. o. nomen statt nonien, Z. 23 v. o. also of eynich statt also eynich, Z. 4 v. u. sycherlicher statt sycher ligen, S. 149 Z. 9 v. u. gruliche statt truwelich, Z. 3 v. u. in eynicher ander wys statt eyncherhan de wys, S. 150 Z. 21 v. o. ast

statt dat, Z. 7 v. u. want statt vort, Z. 1 v. u. Ouskirchgen statt Euskirchgen, S. 151 Z. 19 v. o. vorderung, clage of heyschung eyncher statt vorderunge eyncher, Z. 20 v. o. tzoynen statt moynen. 1320

Nr. 85.

Der Propst Heinrich von Bonn, Friederich von Erenberg und Heinrich von Hüchelhofen versprechen, bis zu einem bestimmten Termine den vom Bischof von Lüttich und dem Grafen von Jülich gefällten Schiedsspruch in dem Streit zwischen der Stadt Köln und dem Erzbischof der Stadt Köln zu überbringen. — 1320, 24. September.

Wir Henrich van godes genaden prost van Bunne, Vryderich van Erenberg unde Henrich van Huchilhouen, riddere, don kunt mid dieseme gegewordegen brieve, daz wir gelovet haynt unde loven den ersamen wisen luden den bůrgern van Kolne, daz wir binnen deme sunnendage die nest lofende is na sente Remeys missen nu nest komende begaden unde brengen sůlen den prelaten unde paffen van Kolne ire ůrdel, irre berofnůsse, die sy gedan havent weder unsen erbern vader unde herren den erzebischof van Kolne na alder wis, als unse here der bischof van Ludeche unde der greve van Gulche gesacht haynt dyt zo done unde zo volbrengene. Vort solen wir begaden unde gebrengen, dat unse vorsprochene herre der erzebischof van Kolne die tolle zo Andernach unde zo Bunne minren sal, als in dem sonebrieve gesacht is, unde daz hie den tol zo Hamerstene af sal don unde die gevangenen los unde ledich machen, als it in demeselven breve gesacht unde geschreven is. Vort so sole wir begaden unde zobrengen, daz unse here der erzebischof binnen dieser selver zit den lantvreden geloven sal in eydes stat zo haldene unde dar up sine brieve geven besegelt mit sime ingesegele, unde sine neve, die in denselven sonebrieve genomet sint, unde alle sine amptlude zo wasser unde zo lande don geloven unde sveren up den heylegen den selven lantfrede zo haldene unde zo beschirmene in al irre macht unde na al irre můge, usgenomen hern Wilhelme Rost und Hermanne van Dorneke, ane argelist, unde dar up so soln geven die neven uns vorgesprochen heren des erzebischofs, die in dem sonebreve genomet sint, ire breve mit iren ingesegelen also, als it gesacht is in dem sonebreve des vorgesprochenen greven van Gulche. Och sole wir begaden, daz unse vorgenante here der erzebischof verzien sal aller sachen, ungenaden und ungůnsten, die hie wieder die bůrgere van Kolne und irre helpere, paffen unde leyen, hadde of noch hayt alse van dieseme ůrloge. Wie dys nyt en gesche of neyt in volbracht en wůrde binnen

1320 dieser vorgesprochener zit, so sole wir hendelingen na dem vorgenomeden sunnendage sunder eynich trecken zo Kolne mit uns selves live invaren in die stat unde neyt dar us ridene[1]) noch varen, bis al diese vorgenomedent stucke gans unde gar volendet unde volbracht sint. Were doch daz unse vorgenomede here der erzebischof van Kolne binnen dieser zit bevor[2]) diese vorgesprochene stucke volbracht weren, des got neyt enwelle, storve, so sole wir dirre vorgesprochner sicherheyt unde lůvede los unde ledich sin, usgenomen in al diesen stucken alrekůnne argelist.

In urkunde al diser vorgeschrevenen stucke so hayn wir unse ingesegele an diese bref gehangen, die gegeven is na geburde uns heren godes drutzenhundert unde in dem zwensechtem iar, des gůdenstages na sente Matheus dage des apostels.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das erste Siegel hat die Umschrift: S. Henrici prepositi Bunnensis ad caus., das zweite: S. Friderici iungi de Erenberg, beim dritten ist die Umschrift unleserlich.

Nr. 86.

Dietrich von Limburg und dessen Sohn Johann bescheinigen, vom Rathe der Stadt Köln den ihnen zukommenden Sold erhalten zu haben. — 1320, 10. October.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Theodericus dominus de Lymburg senior et Johannes eius filius, milites, notum facimus et presentibus publice protestamur, quod honorabiles viri cives civitatis Coloniensis nobis et universis nostris constipendiariis et famulis in eorum stipendio existentibus de universo debito stipendii nostri et dampnis quibuscumque, que infra tempus predicti stipendii sustinuimus, integre, plenarie et benevole satisfecerunt, de quibus ipsos universaliter et singulariter quitos et solutos presentibus publice proclamamus, habentes nos de bona solutione et curialitatibus quam pluribus nobis ab eisdem civibus hucusque impensis laudabiliter commendatos. Et promittimus bona fide pro nobis et famulis nostris predictis, quod eosdem cives super predicto debito stipendii et dampnis nullatenus impetemus nec molestabimus quoquomodo, omni dolo et fraude exclusis in premissis. In cuius rei testimonium sigilla nostra cum sigillo domini Adolphi comitis de Monte presentibus litteris sunt appensa. Et nos Adolphus comes de Monte fatemur, sigillum nostrum ad preces pre-

[1]) Die Handschrift hat zo ridene.

[2]) Die Handschrift hat of er.

dictorum dominorum Theoderici et Johannis, qui confessi sunt et expresse coram nobis protestati, ipsis a civibus predictis de stipendio ipsorum pro eis et famulis suis atque dampnis universis integre fore et plenarie satisfactum, presentibus in testimonium appendisse. 1320

Datum et actum anno domini 1320 in die beati Gereonis.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das erste Siegel ist das secretum des Grafen von Berg; die beiden anderen haben eine gefüllte Rose im Felde, die Umschrift unleserlich.

Nr. 87.

Der Propst Heinrich von Bonn und vier andere Pröpste der Kölner Kirche geloben, den vom Grafen von Jülich verkündeten Landfrieden beobachten zu wollen. — 1320, 13. October.

Nos Henricus dei gratia prepositus Bunnensis et archidyaconus Coloniensis, Ropertus comes de Virnenburch, Conradus dominus de Thoynburg, Johannes de Kerpen et Everardus de Thoymburch, prepositi ecclesiarum Coloniensium, notum facimus tenore presentium publice protestantes, quod pacem generalem pro terminis, quibus curret et currere debebit, tactis sacrosanctis secundum pronunciationem spectabilis viri domini comitis Juliacensis, omni dolo et fraude exclusis, iuravimus firmiter defendere et tueri et inviolabiliter observare. In cuius rei testimonium sigilla nostra duximus presentibus apponenda.

Datum feria secunda post festum beati Gereonis, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die fünf Siegel ziemlich gut erhalten.

Nr. 88.

Erzbischof Heinrich II. erklärt, dass er mit der Stadt Köln vollständig ausgesöhnt sei. — 1320, 13. October.

Nos Henricus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, ad universorum notitiam hanc presentem litteram intuentium cupimus pervenire, quod super universis et singulis discordiis, controversiis atque causis, que inter nos et nostros coadiutores, clericos et laycos, ex una parte et cives civitatis Coloniensis et eorum coadiutores, clericos et laycos, ex altera hucusque occasione guerrarum inter nos ventilatarum habite sunt, renunciavimus et presentibus re-

1320 nunciamus simpliciter et de plano. In cuius rei testimonium sigillum nostrum hiis litteris duximus apponendum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo, feria secunda post festum beati Gereonis.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel sehr verletzt.

Nr. 89.

Kuno von Fischenich schwört, dass er Brühl den Bestimmungen des Sühnbriefes gemäss hüten und halten werde. — 1320, 29. October.

In goids namen amen. Ich Kone von Vischenich ridder doyn kůnt al denginen, de desen breif seynt of horent lesin, dat ich in gůden trůwen gesichgert inde gesvoren hain inde sverin up den heilgen, die ich lyflich geroirt hain, myme ersamen vadere inde heirren heren Henriche deme ertzsbuyschove van Kolne inde den wisen beirvin luden den scheffen, deme raide inde deyn gemeynen burgeren van Kolne, dat ich den Broyl, burch inde stat, de mir van denselvin burgeren geantwert sint, truwelichen hůden inde hailden sal na al der wys, as in deme soynbreve des edelen mans heren Gerardz des greven van Guylyche geschrevin steit, inde den her Johan van Kuycke proist van sente Servase zů Triecht mit eme gesegilt hait, as verre as id an den lantvrede geit inde der Broil oich eyn pant vur is, usgenomen alrekunne argelist. Inde des zů eyne urkůnde inde zů meirre stedichgeit so hayn ich myn ingesegil an desen breif gehayngen, de gegeben is na godis geburde dusint druhundert inde zweynzich iair, des neystin dais na hogeszyde sente Simons inde sente Judin der apostolen.

Aus dem grossen Privilegienbuche f. 78.

Nr. 90.

Johann Butzart von Andernach und seine Söhne verpflichten sich, bezüglich der Zerstörung ihres Hauses bei Frechen sich bei dem Schiedsspruch benannter Schiedsrichter beruhigen zu wollen. — 1320, 8. November.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Johannes dictus Butzart de Andernaco, Johannes filius ipsius, milites, Petrus canonicus ecclesie sancti Florini in Confluentia et Franciscus, eiusdem Butzardi filii, notum facimus presentibus publice protestantes, quod super om-

nibus discordiis et controversiis[1]), que hucusque inter nos ex una parte 1320
et honestos viros iudices, scabinos, consilium ceterosque cives Coloniensis civitatis occasione destructionis domus mei Francisci apud Vreggen et captivitate mea et ex quacumque alia causa vertebantur, compromisimus et compromittimus per presentes in viros strenuos et honestos dominos Gerardum Overstolz, Philippum de Speculo, Gobelinum dominum Joide, milites, ac Gerardum de Benesis, scabinos, cives Colonienses tanquam in arbitros et amicabiles compositores, ita quod quidquid dicti arbitri seu amicabiles compositores infra festum nativitatis beati Johannis Baptiste proximum dixerint seu pronunciaverint, hoc ratum et gratum ac inviolabiliter tenebimur observare. Et exnunc renunciamus omnibus discordiis, controversiis, molestiis, iniuriis, violentiis et aliis actionibus quibuscunque, promittentes bona fide pro nobis et omnibus nostris consanguineis et amicis, quod prefatos cives nec quemcumque ex ipsis occasione premissorum impetemus vel molestabimus quoquomodo, omni dolo et fraude exclusis penitus in premissis. In cuius rei testimonium sigillum mei Butzardi una cum sigillo strenui viri domini Craftonis de Griffinsteyn pro me et filiis meis predictis sigillis carentibus presentibus est appensum. Et nos Crafto de Griffensteyn predictus fatemur sigillum nostrum ad petitionem dominorum Johannis dicti Butzart, Johannis eius filii, militum, Petri canonici sancti Florini in Confluentia et Francisci, eiusdem domini Johannis Butzart filiorum predictorum, presentibus appendisse in testimonium omnium premissorum, sub quibus sigillis nos Johannes miles, Petrus Canonicus Confluentinensis et Franciscus, filii predicti domini Johannis Butzart, sigillis carentes premissa vera esse recognoscentes astringimus nos ad observantiam omnium premissorum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo, feria sexta post festum omnium sanctorum.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die beiden Siegel sehr verdrückt.

Nr. 91.

Welter von Rocheim bescheinigt, von der Stadt Köln bezüglich seiner Soldforderung befriedigt worden zu sein. — 1321, 29. Januar.

Universis presentis visuris et audituris ego Welterus de Rocheym notum facio, quod honorabiles viri cives Colonienses michi de universo debito stipendii mei et omni iure, quod michi ex hoc competebat, integre satisfecerunt, de quibus ipsos quitos et solutos proclamo publice

[1]) Die Handschrift hat controversigiis.

1321 per presentes et promitto bona fide, quod nec ipsos nec quemquam ex eis propter premissa impetam nec molestabo quoquomodo, sed habens me de curialitatibus michi per eosdem inpensis laudabiliter commendatum. In cuius rei testimonium rogavi strenuum virum dominum dictum Můyle de Beinsvelt militem, ut sigillum suum pro me, quia sigillo proprio careo, presentibus duceret apponendum. Et ego dictus Můle de Beinsvelt miles predictus sigillum meum ad petitionem Welteri predicti hiis litteris apposui in testimonium premissorum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, feria quarta post conversionem beati Pauli apostoli.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel hat die Umschrift: S. Jordani Mule de Binsvelt mil.

Nr. 92.

Hermann von Ennenbach erklärt, dass sein Streit mit Hilger von der Stessen durch den Rath der Stadt Köln geschlichtet sei. — 1321, 9. Februar.

Universis presentes litteras visuris et audituris ego Hermannus de Eyninbach notum facio tenore presentium publice protestatus, quod super universis controversiis [1]), que inter dominum Hildegerum dominum de Stessi militem, scabinum Coloniensem, et me ex quacumque causa usque in hodiernum diem vertebantur, sumus plenarie mediante consilio civitatis Coloniensis complanati, et profiteor michi propter hoc septuaginta marcas pagamenti Coloniensis ex parte domini Hildegeri fore numeratas, traditas et assignatas, de quibus ipsum quitum et solutum proclamo publice per [2]) presentes. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus litteris est appensum.

Datum feria secunda post festum purificationis beate Marie virginis, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo primo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel hat die Umschrift: S. Hermanni de Einenberg.

[1]) Die Handschrift hat controversigiis.

[2]) per fehlt in der Handschrift.

Nr. 93.

Erklärung des engen Rathes, dass er dem Ritter Voss von Rödesheim 36 Pfund Heller für Gerhard Overstolz bezahlt habe. — 1321, 27. Februar.

In goitz namen amen. Id si kunt, dat wir der enge rait der steede 1321
van Kolne bezailt hain van der steede goide van Kolne deme Voisse van Rodisheym eyme riddere vur Gerard Overstolze eynen sceffen, sun hern Gerards Overstolz ridder inde sceffin van Kolne, zů vurhůdin unsin burgerin sueirdin inde unraitz, de dar in vallin můchein, seys inde drissich punt haller. Inde want unse burgere herumbe gevangin warin inde gescat sind mid namen Teilman eyn gurdelworter vur der mointzen, de vur sich bezailt hait druzein punt haller, ever Symon Mathias sun der gurtelworters vunfzein punt hallere, ever Arnolt van Gleene upme creichmarte echt punt, ever Mathias van der Lynden upme creichmarte seiszene punt haller, ever Everart vun Treire seis punt haller, inde want wir van der steede wegin de seis ind drichzich punt haller van des vursprochin Gerarts wegin bezailt havin deme vurgenoimdme riddere, inde ouch die vursprochin unse burgere dit gelt, dat her vur geschrevin steyt, eme gegeyvin inde bezailt haint umbe sinre sculde wille, des de vursprochin ridder sine offin breve hadde, so setze wir inde willen dat, so wanne Gerart in Kollin koymt, dat der raid, de dan zer zyt sitzt, up irrin eyt in darzů haldin solin sunder argelist, dat hey dit versprochin gelt beyde unser stede inde unsen burgerin gelde, de hey vurscrevin steint, of anter dat si sich haldin ain sin lyff inde an sin goit, bis hey van deisme vursprochin gelte gnoich gedain have.

Dit is gesceit des vridais na sent Peters daige, den man nent ad catedram, na goitz geburden dusint iair druhundert iair in deme eyn ind zuenzichten iaire.

Aus dem Eidbuch Nr. 1, Mscr. A. IV, 1 f. 2.

Nr. 94.

Der enge und weite Rath, die Bürgermeister und alle Räthe setzen fest, dass es Sache des Gerichtes und nicht des Rathes sei, über Gewaltthaten, die bei einem Auflauf geschehen, zu urtheilen, dass im Fall der Verletzte aber persönlich Rache nehmen wolle, es Sache des engen Rathes sei, Frieden, der von Allen mit vereinten Kräften

1321 **aufrecht erhalten werden müsse, zu gebieten, und dass Niemand im engen oder weiten Rathe sitzen dürfe, der dieses Uebereinkommen zu untersiegeln sich weigere. — 1321, 14. März.**

Abgedruckt bei Lacomblet III, 182, nach dem Original im Stadt-Archiv. Z. 11 v. u. muss statt: Godescalcus Ouerstolz de Ripa gelesen werden: Godescalcus Overstolz filius domini Johannis Overstolz de Ripa. Im Ganzen hingen 70 Siegel an 16 Fadenbündeln, also bei Weitem nicht von allen Mitgliedern des engen und weiten Rathes. Das Siegel des Hilger von der Stessen ist ein Reitersiegel mit einem Banner, Umschrift: S. Rutgeri de Stessa militis scabini Col. Das Siegel des Rutger Raitz hat auf der Mitte des Kreuzes eine Gleve. Siegel von solchen Herren, die in der Urkunde nicht genannt werden, sind unter andern: S. Franconis de Cornu filii quondam Franconis milit.; S. Constantini de Liskirchen; Sigillum Joannis de Cornu; Sigillum Werneri de Aquaductu; S. Theoderici de Schiderich; S. Hermanni dicti Grin; S. Henrici de Speculo; S. Gerardi de Cusino; S. Godeschalci Overstolz de Windeck; S. Joannis de Speculo u. s. w. Bei den meisten Siegeln sind die Umschriften ausgebrochen.

Nr. 95.

Erzbischof Heinrich II. verspricht, die zu Gunsten der Juden erneuten Briefe ehestens zu untersiegeln und vom Domcapitel untersiegeln zu lassen. — Köln, 1321, 13. April.

Nos Henricus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, notum facimus, quod promisimus et promittimus prudentibus viris scabinis, consulibus et civibus nostris Coloniensibus, quod litteras nostras ipsis traditas super factis Judeorum nostrorum Coloniensium pro conservatione et defensione eorundem et litteras nostras dictis Judeis nostris super prorogatione annorum suorum per nos traditas innovabimus secundum contenta in eisdem, ac nostro et capituli nostri Coloniensis sigillis sigillari faciemus et procurabimus absque fraude et dolo, quamprimum id facere poterimus bono modo.

Datum Colonie anno domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, crastino palmarum.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel etwas verletzt.

Nr. 96.

Papst Johann XXII. beauftragt den Abt von Altenberg, den Propst von Rees und den Propst von Xanten, die Streitsache zwischen der Stadt Köln einerseits und dem Deutschordenshaus und dem Kloster St. Clara andererseits bezüglich des Hürther Baches durch gerichtlichen Spruch zu schlichten. — Avignon, 1321, 4. Mai.

Johannes episcopus servus servorum dei dilectis filiis abbati monasterii Veteris-montis et preposito Reysensis ac decano Xanctensis ecclesiarum Coloniensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. 1321 Exposuerunt nobis iudices, scabini et commune civitatis Coloniensis, quod de antiqua et approbata et spatio tanti temporis pacifice observata consuetudine, cuius in contrarium memoria non existit, ad civitatem predictam de certis villis circumpositis nonnulli rivuli defluxerunt, qui per diversas plateas ipsius civitatis iugiter decurrebant, ex quibus cives et alii habitatores civitatis eiusdem commoditates recipiebant proprias et nichilominus platee huiusmodi a sordibus lavabantur. Nuper vero, commendator et fratres hospitalis beate Marie Theotonicorum Jerusalemitane ac magistra et conventus monasterii sancte Clare Coloniensis per magistram soliti gubernari ordinis eiusdem sancte propriis commodis inhiantes, assumptis secum quibusdam aliis eorum in hac parte complicibus laicis dicte diocesis, rivulos predictos ad villas, terras et possessiones eorum extra dictam civitatem existentes, iuxta quas ipsi rivuli defluebant, temeritate propria retorserunt et eorum propriis utilitatibus applicarunt, propter quod aqua huiusmodi ad eandem civitatem pervenire seu defluere non potest iuxta consuetudinem antedictam, in eorum iudicum, scabinorum et communis iniuriam et contemptum, dampnum non modicum, preiudicium et gravamen. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis audiatis causam et appellatione remota fine debito decidatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur.

Datum Avinione IIII nonis maii, pontificatus nostri anno sexto.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das plumbum hängt an.

Nr. 97.

Fränzgin Butschart, der sich mit der Stadt Köln ausgesöhnt hat, wird städtischer Bürger gegen ein Bürgerlehen von 20 Mark. — 1321, 24. Mai.

1321 Universis presentes litteras visuris et audituris ego Franciscus dictus Frenzgin, filius domini Johannis dicti Butschart de Andernaco militis, notum facio tenore presentium publice protestans, quod mediantibus strenuis viris et honestis dominis Gerardo Overstolz, Philippo de Speculo, Gobelino dicto Joyde, militibus, et Gerardo de Benesis, scabinis Coloniensibus, arbitris, arbitratoribus seu amicabilibus compositoribus inter honestos viros et prudentes dominos iudices, scabinos, consules ceterosque cives civitatis Coloniensis predicte ex una parte et me ex altera assumptis et electis super confractione domus mee apud Vrechgen, captivitate mea et dampnis universis, que exinde sustinui, ac aliis causis quibuscunque, que inter ipsos et me et eorum coadiutores occasione premissorum hucusque vertebantur, sumus invicem penitus et finaliter complanati, et factus sum predictorum civium Coloniensium concivis et iuravi iuramento prestito corporali, quod universos et singulos cives Colonienses omni loco, ubi posse habuero, bona fide promovebo, defendam et tuebor ipsosque a qualibet adversitate atque malo ipsorum et quemlibet ex ipsis omni tempore dum mihi constiterit tenebor fiducialiter premunire et quodlibet eorum bonum dirigere cum effectu, omni fraude et dolo exclusis, propter quod mei concives michi solvent et solvere tenebuntur singulis annis quibus vixero viginti marcas pagamenti Coloniensis pro tempore usualis et dativi in festo beati Martini hiemalis vel infra quatuor septimanas immediate subsequentes sine captione qualicumque. In cuius rei testimonium sigillum domini Johannis patris mei predicti una cum sigillo meo presentibus litteris est appensum. Et ego Johannes Butscart predictus, quia premissa omnia et singula de voluntate et consensu meo acta sunt et tractata eisque interfui, vidi et audivi, sigillum meum in testimonium et roboris firmitatem duxi presentibus litteris apponendum.

Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, in die beati Urbani pape.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Von der Umschrift des ersten Siegels ist noch zu lesen: ... de Andernaco ..., das zweite hat die Umschrift: S. Frencegini de Andernaco.

Nr. 98.

Pap Johannes, Sohn des Gottfried von Schaffhausen, der in städtischer Gefangenschaft gesessen, schwört der Stadt Urfehde. — 1321, 29. Mai.

In nomine domini amen. Universis presentes litteras visuris et audituris ego Pap Johannes filius Godefridi de Schaphusen notum facio tenore presentium publice protestando, quod una cum predicto Godefrido patre meo ac Gysilberto fratre meo germano de captivitate mea et omnibus hiis, que michi per cives Colonienses et illos, qui interfuerunt eidem captivitati, acciderant, ůrvedam feci et fecerunt simplicem atque puram et premissis omnibus renunciamus simpliciter in hiis scriptis et iuravimus [1]) sacrosanctis per nos corporaliter tactis, quod neque nos neque aliquis de proximis vel amicis nostris de scitu, consensu seu voluntate nostra istud vindicabimus vel vindicabunt aliqualiter in futurum, nec etiam aliquem de civibus Coloniensibus vel eis, qui captivitati huiusmodi interfuerunt, occasione premissorum impetemus vel molestabimus quoquomodo, sed predictos cives Colonienses et quemlibet ipsorum honorabimus et promovebimus omni tempore et loco, ubi potuerimus iuxta totum nostrum posse. Ceterum promitto ego Johannes predictus sub eodem iuramento meo prestito, quod nullum de inimicis vel amicis infra banmiliare [2]) civitatis Coloniensis consilio vel auxilio, ope vel opere offendere vel molestare debebo, omni fraude et dolo exclusis penitus in premissis. In cuius rei testimonium sigilla strenuorum virorum dominorum Th. et Johannis fratrum de Aldinhoven, Johannis de Kunzwilre, militum, ac Wenemari de Broge canonici sanctorum Apostolorum Colonie, consanguineorum meorum, unaxum sigillo patris mei predicto hiis litteris sunt appensa, et nos Th. et J. fratres J. de Kunzwilre et Wenemarus ac Godefridus de Schaphusen predicti fatemur in testimonium sigilla nostra presentibus appendisse. 1321

Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, crastino ascensionis eiusdem.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das erste Siegel abgefallen, das zweite hat die Umschrift: S. Johannis de Aldenhoven, das dritte: S. Johannis de Kitzwilre militis, beim vierten und fünften ist die Umschrift unleserlich.

[1]) Die Handschrift hat iuravimus tactis etc.
[2]) Bannmeile.

Nr. 99.

Gobelin von Merkenich söhnt sich mit der Stadt Köln aus und schwört Urfehde. — 1321, 30. Mai.

1321 Universis presentes litteras visuris et audituris ego Gobelinus de Merkenich notum facio tenore presentium publice protestans, quod super captivitate michi facta hiis diebus per honorabiles viros cives Colonienses et eorum in hac parte coadiutores una cum Brunone et Ludekino fratribus meis pro nobis et omnibus nostris proximis et amicis renunciavi et una mecum renunciaverunt et urvedam fecimus simplicem atque puram et iuravimus tactis sacrosanctis, quod ea de cetero non vindicabimus nec aliquem de civibus Coloniensibus aut eorum coadiutoribus super hoc impetemus aut molestabimus quoquomodo, omni fraude et dolo exclusis. In cuius rei testimonium sigilla honorabilium virorum dominorum Henrici de Kůsino, Gerardi Scherfgin dicti de Strundin scabini et Johannis dicti Quattermart, civium Coloniensium, ad petitionem nostram presentibus pro nobis sunt appensa. Et nos Henricus de Kůsino, Gerardus Scherfgin et Johannes Quattermart predicti profitemur, nos sigilla nostra ad preces dicti Gobelini et fratrum suorum predictorum hiis litteris appendisse in testimonium premissorum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, sabbato post festum ascensionis domini nostri.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das erste Siegel hat die Umschrift: ...nrici dicti de Cusino civis C..., das zweite: S. Gerardi Scherfgin, das dritte: S. Johannis dicti....

Nr. 100.

Gerhard, genannt Scriver von Merkenich, söhnt sich mit der Stadt Köln aus und schwört derselben Urfehde. — 1321, 31. Mai.

Universis presentes litteras visuris et audituris ego Gerardus dictus Scriver de Mirkenich notum facio tenore presentium publice protestans, quod super captivitate michi facta hiis diebus per honorabiles viros cives Colonienses et eorum in hac parte coadiutores una cum Arnoldo et Johanne fratribus de Lunrike consanguineis meis pro nobis et omnibus nostris proximis et amicis renunciavi et una mecum renunciaverunt et urvedam fecimus simpliciter atque puram et iuravimus tactis sacrosanctis, quod ea de cetero non vindicabimus nec aliquem de civibus Colo-

niensibus aut eorum coadiutoribus super hoc impetemus vel molestabimus[1]) quoquomodo, omni fraude exclusis et dolo. In cuius rei testimonium rogavimus prudentes[2]) viros dominos Henricum dictum Grin scabinum, Henricum de Kůsino et Tilmannum dictum de Pavone, cives Colonienses, ut sigilla sua pro nobis ducerent presentibus apponenda. Et nos Henricus dictus Grin, Henricus de Kůsino et Tilmannus de Pavone, cives Colonienses, profitemur, nos sigilla nostra ad preces predictorum Arnoldi et Johannis presentibus appendisse in testimonium omnium premissorum. 1321

Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, die dominica post festum ascensionis domini.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das erste Siegel hat die Umschrift: S. Henrici dicti Gryn scabini Col., das zweite: S. Henrici de Kusino civis..., das dritte: S. Teylmanni de Pavone.

Nr. 101.

Bruno von Nievenheim, der eine Zeit lang in Gefangenschaft der Stadt Köln gesessen hat, schwört derselben Urfehde. — 1321, 6. Juni.

Universis presentia visuris et audituris ego Bruno de Nyvenheym notum facio tenore presentium publice protestando, quod una cum Gerardo et Tilmanno dictis de Nyvenheym, patruis meis, super captivitate mea michi facta hiis diebus per honorabiles viros cives Colonienses et eorum in hac parte coadiutores renunciavi et presentibus renuncio simpliciter et de plano et urvedam invicem fecimus super ipsa ac iuravimus tactis sacrosanctis, quod predictam captivitatem et quidquid propter eam sustinuimus, nullatenus vindicabimus in futurum, nec aliquem de civibus Coloniensibus vel eorum coadiutoribus occasione premissorum molestabimus quoquomodo, omni fraude et dolo exclusis. In cuius rei testimonium sigilla strenuorum[3]) et honestorum virorum domini Rabodonis van dem Wier et dicti Meys de Broiche ac Ottonis de Nyvenheym ad petitionem nostram presentibus sunt appensa. Et nos Rabodo miles, Meys et Otto predicti fatemur, nos sigilla nostra ad preces Brunonis et Gerardi ac Tilmanni suorum patruorum predictorum presentibus appendisse.

[1]) Die Handschrift hat molestatabimus.

[2]) Die Handschrift hat pudentes.

[3]) Die Handschrift hat strenui.

1321 Datum in vigilia pentecostes anno domini millesimo trecentesimo vicesimo primo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das erste Siegel zeigt noch von der Umschrift: Robodon..., das zweite: S. Meyus de...., das dritte: S. Ottonis de Niv...

Nr. 102.

Emund Birklin und vier Genossen treten in der Fehde der Stadt Köln gegen Wilhelm von Rost und Genossen in städtischen Kriegsdienst. — 1321, 8. October.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Emundus Birclin, Hilgerus Birclin, Johannes Huphase, Johannes et Gobelinus fratres de Rore unam personam reportantes [sic] notum facimus et tenore presentium publice protestamur, quod ad servitium civitatis singulare retenti sumus in hunc modum, quod quilibet nostrum tenebit et habebit duos armigeros strenuos atque probos et tres equos valentes et persequi hostiliter tenebimur toto posse dominum Wilhelmum Rost militem, Embriconem de Disternich, Goiswinum de Godekerode, Swanum de Vrysheym et Winricum de Bacheym, et si quem ex eis captivaverimus aut occiderimus, pro qualibet persona capta vel interfecta de predictis civitas nobis solvere et assignare tenebitur trecentas marcas pagamenti Coloniensis, et de primo casu, qui nobis acciderit, tenebimur ducentas marcas, quas nobis in parato assignaverunt, defalcare. Si quem etiam de inimicis civitatis Coloniensis cum eis vel extra eos captivare nos contingit, illum vel illos tenebimur consulibus civitatis Coloniensis pro tempore sedentibus presentare, et si ipsis visum fuerit expedire, poterunt quamlibet talem personam captivatam pro trecentis marcis a nobis absolvere, alioquin nos, si hoc facere recusarent, de tali capto vel captis nostram poterimus facere quamlibet voluntatem. Si vero extra quinque personas antedictas aliquem de inimicis civitatis Coloniensis occiderimus, de hoc respectum habebimus ad ipsos consules et eorum stabimus voluntati. Et quamprimum aliquem de personis quinque antedictis occiderimus vel captivaverimus, ut superius est expressum, extunc solutis trecentis marcis nobis premissis a servitio et obligatione predictis, si nobis placuerit, poterimus liberari, quod in nostra stabit optione. Preterea civitas Coloniensis compositionem cum predictis personis inire non poterit nec debebit, nisi nos specialiter in eadem simus compositione cum eisdem, et composita discordia cum personis antedictis extunc nos erimus a pactis et conditionibus antedictis penitus absoluti, omni fraude et dolo exclusis. Et iuravimus ad sancta, que corporaliter tetigimus, quod

premissa omnia et singula tenebimur et debebimus fiducialiter adimplere. 1321
In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, feria quarta post festum beati Remigii confessoris.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die beiden ersten Siegel abgefallen, das dritte hat die Umschrift: S. Johannis dicti Huphase (ein durch einen Querbalken getheilter rechtssehender Adler), das vierte: S. Johannis de Steren... (drei Steine im Felde), das fünfte abgefallen.

Nr. 103.

Das Kloster Benden verkauft dem städtischen Protonotar Johann von Pothoven drei Malter Molter. — 1321, 7. December.

1337 monasterio ab ingrediente, parentibus vel amicis eius vel alterius monialis vel pensionem seu reditus alicui moniali vel quidquid aliud donari vel legari, per abbatissam recipiatur et in usus communes convertatur et in necessitatibus eius, cuius contemplatione oblatum, datum seu legatum fuerit, favorabilius subveniatur. Caveant insuper prefati generales et provinciales ministri, ne pro concedenda predicta licentia seu alias quomodocumquè occasione ipsius vel quovis alio colore vel figmento quesito aliquid a quacunque seu quibuscunque persona vel personis per se vel alium seu alios ante ipsam licentiam vel etiam postea recipere quandoque presumant, seu recipi a quibuscunque personis aliis, etiam sui ordinis singularibus fratribus vel conventibus seu dari aut offerri locis vel fabricis seu aliis usibus quibuscunque dicti ordinis vel locorum ipsius faciant vel procurent vel quantum in eis fuerit, fieri permittant, etiam pretextu cuiuscunque consuetudinis, quam reputamus potius corruptelam. Si vero contra fecerint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, a qua nequeant nisi per summum pontificem preterquam in mortis articulo absolutionis beneficium obtinere, et si legitime de hoc convicti fuerint, ab eorum ministeriis seu officiis perpetuo deponantur. Preterea ordinamus, quod tam abbatisse quam alii seu alie, qui seu que bona et obventiones dictorum monasteriorum administrabunt, colligent, recipient atque expendent, teneantur annis singulis coram generali vel provinciali ministro seu visitatore et certis monialibus monasteriorum ipsorum providis et discretis ad hoc per conventus eorundem monasteriorum electis de receptis et expensis ac de hiis, que eis vel per eas debentur, et de statu, in quo monasteria erunt, plenam et fidelem reddere rationem. Ordinamus etiam, quod deinceps in singulis monasteriis sive locis ipsorum in novitate cuiuslibet abbatisse infra duos menses, postquam pacificam possessionem monasterii habuerit, in presentia generalis vel provincialis ministri seu visitatoris ipsius monasterii et sex discretarum monialium eiusdem de omnibus bonis monasterii ipsius mobilibus et immobilibus in quibuscunque consistant, fiant inventaria seu registra consimilia duplicata sigillis abbatisse et conventus sigillata, in quibus inter alia contineatur, quot extent vel deficiant animalia et qualia et quanta blada, vina et cetera victualia et que et quot et quibus monasterium debet et que et quot et a quibus debetur eidem et sub quibus obligationibus debet vel debetur, et que et quot vasa sive ornamenta vel suppellectilia et similia, ubi fuerint, et si qua abbatissa in bono statu receperit monasterium ipsumque ad malum statum postea deduxerit, bona ipsius debitis obligando indebite vel dilapidando seu alienando, ab administratione abbatissa removeatur omnino et alias debite puniatur. Predicta autem inventaria

seu registra clare et integraliter in capitulo ipsius monasterii presentibus 1337
sororibus conventus eiusdem et ad hoc specialiter congregatis legantur et vulgarizentur, quibus sic lectis unum penes ipsam abbatissam remaneat et aliud penes dictum conventum et transscriptum ipsius penes dictum generalem vel provincialem ministrum. Cum universe et singule dictorum ordinum moniales secundum earum regulam et constitutionem felicis recordationis Bonifacii octavi pape predecessoris nostri super hoc editam sub perpetua in suis monasteriis debeant permanere clausura et in nonnullis monasteriis predictarum id, sicut accepimus, non usquequaque servetur, volentes constitutionem predictam super hoc inviolabiliter observari, districte precipimus ministris, visitatoribus, abbatissis et quibuscunque aliis, ad quos vel quas hoc pertinuerit, ut clausuram huiusmodi diligenter teneri faciant et servari, ita quod nulli earum tacite vel expresse professe sit vel esse valeat quacunque ratione vel causa clausuram huiusmodi deinceps egrediendi facultas, nisi forte causa plantandi vel edificandi eandem religionem ad aliquem locum transmittantur vel tanto forte vel tali morbo evidente earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum aliis absque gravi periculo seu scandalo commorari, quodque nulli regulari aut seculari vel laice persone, cuiuscumque preeminentie, dignitatis, status vel conditionis extiterit, ingressus pateat ad easdem sine apostolice sedis licentia speciali, exceptis solummodo personis illis, quibus in certis casibus per dictorum predecessorum nostrorum ordinationes et earundem monialium regulas noscitur esse permissum, eisque quoque ministris, custodibus et gardianis districtius tenore presentium duximus iniungendum, ut fratres dicti ordinis sibi subditos arcerę studeant ab accessu ad monasteria monialium quarumcumque iuxta beati Francisci regulam et apostolica ipsorum fratrum ordinis instituta, penas in dictis institutis earum proinde ordinatas eorum transgressoribus infligendo. Quamvis autem in regula dictarum monialium sancte Clare sequens clausula inter alia sit inserta, ut possint in singulis monasteriis recipi alique licet pauce servicialium nomine vel sorores ad huiusmodi professionis observantiam astringende, preterquam ad articulum de clausura et cetera, nos tamen honestati et fame tam ipsarum monialium sancte Clare quam minorissarum et sancti Damiani predictarum in hac parte providere volentes, ordinatione presenti perpetuo valitura, districte precipimus, quod huiusmodi serviciales seu sorores ad observantiam professionis astricte et que de cetero astringentur, quemadmodum et cetere moniales debeant sub perpetua clausura manere; possint tamen singula monasteria dictarum monialium habere aliquas paucas tamen mulieres moribus et etate maturas, providas et honestas, in seculari honesto tamen habitu incedentes, que dictam clausuram nullatenus in-

1337 gredi permittantur, sed negotia monasterii ac necessitates monialium, prout eis commissum fuerit, fideliter exterius peragant et procurent. Porro si abbatissa contra premissa clausuram predictam exire presumpserit vel exire aliquam licentiaverit monialem, per ministrum suum discretorum fratrum consilio removeatur a regimine abbatie; moniales vero dicte exeuntes clausuram in casibus premissis ipso facto sint inhabiles ad quaecunque officia in earum ordine optinenda, et nichilominus subdantur penis illis, que pro gravioribus culpis in ipso ordine consueverunt imponi. Ad hoc districte prohibemus dictorum ordinum moniales in earum dormitoriis cellas habere; si quas vero habent, omnino destrui precipimus et mandamus per ministros seu visitatores in prima visitatione, quam impendent in monasteriis earundem, contradictores, si qui seu si que fuerint ac dantes eis in hoc auxilium vel favorem auctoritate apostolica per censuram ecclesiasticam compescendo. Ut salutaria instituta et ordinationes huiusmodi, per quorum observantiam professores eiusdem ordinis eterno regi in puritate mentium obsequentes de spiritualibus hostibus animarum poterunt deo propitio facilius triumphare, per eorum publicationes sollempnes ad cunctorum professorum dicti ordinis notitiam deducantur ac devote et fideliter observentur ab eis, auctoritate apostolica tenore presentium ordinamus, quod statuta et ordinationes predicta in primis eorum generalibus et provincialibus capitulis a principio usque ad finem integre prout iacent legantur publice et sollempniter publicentur eorumque singule copie singulis ministris provincialibus ad prefatum primum capitulum generale per ministrum generalem et diffinitores eiusdem capituli generalis sigillis sigillata tradantur et assignentur, iidem quoque provinciales ministri copiam statutorum et ordinationum huiusmodi singulis conventibus provinciarum suarum infra duorum mensium spatium post publicationem eorum in suis provincialibus capitulis factam mittere teneantur. Volumus etiam et auctoritate statuimus supradicta, quod in singulis conventibus dicti ordinis statuta et ordinationes prefata legantur quolibet mense semel et quod quelibet alia statuta et ordinationes eiusdem ordinis contraria hiis nostris ordinationibus et statutis ipso facto omni robore careant et etiam firmitate, dicti quoque ministri et fratres dicti ordinis presentes et posteri contra ordinationes et statuta nostra huiusmodi quidquam statuere vel etiam ordinare aut observantiam aliquam introducere non persumant, quod si secus presumptum fuerit, id auctoritate apostolica irritum decernimus et inane et nullius penitus existere firmitatis. Volumus etiam et mandamus, quod singuli ministri provinciales in singulis suis provinciis singulis conventibus monialium predictarum, que sub cura seu regimine dictorum fratrum

consistunt, in quantum eas tangere vel respicere dinoscuntur, infra dictum terminum sub eorum et diffinitorum sigillis singulis copias debeant assignare, eaque eisdem conventibus legi ac volgarizari faciant et exponi ac sub penis contentis in eis districte mandari, ut illa debeant deinceps inviolabiliter observari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statutorum, ordinationum, voluntatum et mandatorum infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum se noverit incursurum. 1337

Datum Avinione quarto kalendas decembris, pontificatus nostri anno secundo.

Has igitur ordinationes, devote filie, reverenter audite, gratanter accipite et obedienter implete, sunt enim ordinate ad vestrarum animarum salutem et vestri ordinis honestatem. Valete in domino et orate pro me.

Datum Monasterii tempore nostri provincialis capituli, in festo nativitatis virginis gloriose inibi celebrato, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo septimo.

Si qua soror scienter et sine licentia loco et tempore prohibito solverit silentium, ultra unius spatium pater noster cum ave Maria teneatur, totiens quotiens dicere psalmum miserere mei deus. Si vero solverit ultra spatium de profundis, teneatur dicere septem psalmos. Si vero solverit ultra spatium unius miserere mei deus vel nimis clamose, illius diei nocturnum legere teneatur. Item quecumque soror ad collocutorium aut cratem seu hostium inferius sine societate debita iverit et locuta fuerit exteriori persone, infra biduum subsequens in uno prandio cum potu tantum serviciali, pane et pulmento unico sit contenta. Item quecumque soror cum introeuntibus ex certa scientia locuta fuerit preter modum prescriptum, ad similem penam sit astricta infra biduum subsequens persolvendum. Item quecumque soror verbum contumeliosum vel inproperii dixerit vel huiusmodi signum fecerit sorori aut contra sororem aliquod falsum notabile confinxerit et ad alias scienter deduxerit detrahendo, vel etiam ab offensa veniam non petiverit, primo die ad penam similem omnino permaneat obligata. Item quecumque soror claustri secreta vel sororis, unde possit oriri infamia seu turbatio conventui vel sorori, scienter revelaverit extra claustrum, ad penam similem teneatur, et, si legitime fuerit deprehensa, a communione sororum in mensa et capitulo per unius mensis spatium separetur. Item quecumque soror domine abbatisse in capitulo contumaciter responderit, eodem die omni cocto careat pane excepto; si vero extra capitulum cum deliberatione, ad penam obligata sit omnino supradictam. Item

1337 quecumque soror de manifestis suis excessibus contra regulam vel constitutiones seu abbatisse in capitulo factas monitiones suam culpam humiliter non recognoverit et hoc cum deliberatione, eidem pene subiacebit. Dicitur autem excessus manifestus, qui tribus vel quatuor sororibus ipsum scientibus est commissus. Item sorores contra premissa scienter delinquentes penitentias taxatas exsolvere firmiter teneantur, nisi magna necessitas aut evidens infirmitas excusaret. Si qua soror illitterata solverit silentium suum in tempore et loco prohibito ad spatium unius pater noster et ave Maria, tenetur legere quinque pater noster. Si vero ultra spatium de profundis, tenetur legere quindecim, si ultra spatium miserere mei deus, quinquaginta.

Ammonitiones ministri:

Sorores ante cratem et locutorium loquantur breviter, decenter et satis ad intelligendum expresse et aperte et hoc nonnisi temporibus secundum decentiam satis aptis, alioquin a sororibus accusentur abbatisse acriter puniende. Item officium chori fiat devote et reverenter cum pausis debitis et inclinationibus rationabiliter approbatis. Item pro communitate exerceant se sorores diligenter opere manuali, ita tamen quod ante tertiam et post completorium plus dent se devotioni tali opere intermisso. Item fenestra ad cratem rarius aperiatur et citius claudatur. Inferius vero hostium nisi propter causas necessitatis iuxta formam regulae nullatenus aperiatur et abbatissa non sit nimis prona ad dandum licentiam de aperiendo et etiam loquendo.

Alie monitiones:

Divinum officium fiat reverenter et devote, veniant sorores ad horarum principia et maneant usque ad finem ibi sine risu cum silentio. Item ante tertiam et tempore divini officii non licentienter ad locutorium et ad cratam, nisi causa sit honesta, utilis et rationabilis, et quando sorores recedunt, societatem tenentes alie taceant, donec revertantur. Item non sedeant ibi diu, habeant honesta verba nec clament nec susurrent. Item tempore conventionis non accedant ad cratam. Item sorores, que serviunt, serviant omnibus gratiose et cum silentio et sine clamore. Item sint quiete in dormitorio. Item veniant frequentius ad vigilias.

Aus dem Statutenbuch des Klosters St. Clara, Mscr. A X, 9.[1])

[1]) Die Abschrift in diesem Statutenbuch ist voll von sinnentstellenden Fehlern; die gröbsten habe ich corrigirt; man sieht es der Abschrift an, dass sie von Jemanden angefertigt worden, der der lateinischen Sprache nicht kundig war.

Nr. 229.

Markgraf Wilhelm von Jülich bittet den Rath der Stadt Köln, die den Juden vom Erzbischof Walram ertheilten Briefe achten zu wollen. 1337, 6. November. 1337

Wir Willam markgreve van Gulge bidden uch dei heren den rait, dei scheffenin, dei burgermeistere ind dei stat gemeininklige van Collene, dat ir den iůden van Collene dei breive, dei in unse brůder der ertschebuschuf van Collene gegefen hat ind uch gebeden hat, vaste ind stede wilt haldin in al der maneiren, as in den breiven geschreven steit, sůnder alle argelist, want wir unsen brůder gerne darzoe helpen willen, dat in stede ind vaste gehalden werden de vursprochen breive.

Gegefen under unsme ingesegil in den yaren uns heren dusent drůhůndert seven ind drissich yair, des důnrisdachs vur sent Mertins daige in deim wintere.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das kleine Siegel hat die Umschrift: S. secti Willhi dei gra Marchionis Juliac.

Nr. 230.

Der Kölner Rath sichert dem Johannes von Rode, der Kölner Edelbürger geworden ist und sich zur Unterstützung der Stadt Köln verpflichtet hat, ein Bürgerlehen von zehn Mark zu. 1338, 13. Februar.

Das Original im Stadt-Archiv. Das Siegel der Stadt verletzt, das des Johannes von Rode, mit der Umschrift: S. Johannis de Merode militis, gut erhalten.

Nr. 231.

Erzbischof Walram ersucht die Stadt Köln, die in Köln wohnenden Juden in den ihnen jüngst ertheilten Rechten zu schützen. 1338, 24. November.

Nos Walramus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, ad universorum notitiam hoc presens scriptum intuentium volumus pervenire, quod cum nos propter grata obsequia, que nobis dilecti nostri iudei Colonienses noviter impenderunt, omni ire et indignationi, quas gessimus ad eosdem, renunciavimus funditus et in toto eisdemque gratias concessimus ampliores,

1338 prout in litteris super hoc confectis ipsisque per nos consilio prehabito maturo traditis ac sigillo nostro maiori sigillatis plenius continetur, rogamus et favorabiliter requirimus prudentes viros nobis predilectos iudices, scabinos, consules et universos cives civitatis nostre Coloniensis, ut prefatos nostros iudeos in prescriptis nostris gratiis et indulgentiis iuxta formam litterarum nostrarum predictarum fideliter tueantur, protegant et defendant quolibet absque dolo. In cuius rei testimonium sigillum nostrum maius de iussu nostro speciali presentibus litteris est appensum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo octavo, in vigilia beate Katherine virginis.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel gut erhalten.

Nr. 232.

Stiftung des Conventes Spitze in der Mariengartengasse. 1339, 10. März.

Notum sit, quod Aleides filia Winkini an der Spitzen donavit et remisit post mortem suam, duodecim puellis pauperibus propter deum pro pane suo euntibus dictam domum et aream in der gardengassin retro chorum ad Ortum, ante et retro, subtus et superius, prout iacet, pro conventu perpetuo et hereditario, ita quod duo seniores officiati domus officialium sancte Columbe infra parrochiam sancte Columbe discutiant et reforment omnem dissentionem et molestiam, si qua inter dictas pauperes puellas contigerit suboriri, prout ipsis duobus officiatis fore videbitur rationis.

Actum feria quinta post letare, anno domini 1339.

Aus einem Schreinsbuche.

Nr. 233.

Bodewinus, Canonicus von St. Aposteln, kauft das früher vom Chorbischof Gottfried von Ruden bewohnte Canonical-Haus auf Lebenszeit für 150 Mark. — 1339, 22. Juni.

Universis presentes litteras visuris et audituris ego Bodewinus notarius domini Coloniensis, canonicus ecclesie sanctorum Apostolorum in Colonia, notum facio et tenore presentium publice recognosco, me curiam seu domum claustralem, quam olim inhabitabat magister Godefridus de Ruden bone memorie, dicte ecclesie choriepiscopus, cum omnibus suis

pertinentiis et attinentiis, ante et retro, prout iacet, in emunitate dicte 1339
ecclesie emisse iusto emptionis tytulo interveniente erga discretos viros dominos Arnoldum dictum de sancta Gertrude, Wolterum de Roselden et Johannem dictum de Summo, vicarios in ecclesia sanctorum apostolorum predicta, de consensu, voluntate et ratihabitione honesti viri domini Jacobi decani ecclesie predicte ementi pro me et ad vitam meam quamdiu vixero tenendam, utendam et possidendam pacifice et quiete, sicut meas, pro centum et quinquaginta marcis denariorum pagamenti Coloniensis communiter currentis, de quibus dictis vicariis satisfeci, prout per literas venditionis michi per eosdem vicarios traditas sigillo capituli ecclesie predicte sigillatas docere potero evidenter, tali conditione adiecta, quod prefatam curiam seu domum sine ruina et lapsu conservabo meis sumptibus et expensis et si dicta curia seu domus in aliqua sui parte seu ruinam seu lapsus pateretur, extunc ipsi vicarii aut alter ipsorum de redditibus prebende mee a distributore prebendarum pro tempore existente recipient tantum, quod huiusmodi ruine et lapsus decenter valeant reparari, ad que consensum meum et bonam voluntatem adhibeo per presentes. Adiectum est etiam premissis, quod si me permutare, ordinem intrare aut ad alium statum devenire contingeret, sic quod in ipsa curia seu domo tamquam canonicus residere non valerem, extunc ipsa curia sicut iacet ad dictos vicarios et ad eorum in dictis vicariis successores salvo decano qui pro tempore fuerit iure suo, quod habere dicitur in eadem curia virtute testamenti, quod edidit quondam dominus Gerardus de Schayfporze de curia et domo supradictis, libere devolvetur, contradictione mea aut alterius cuiuscumque non obstante, dolo et fraude ac defensionibus in contrarium penitus exclusis in premissis. In cuius rei testimonium atque fidem rogavi honestos viros dominos decanum et capitulum dicte ecclesie, coram quibus premissa acta sunt et de voluntate eorum processa, ut sigillum ecclesie ipsorum, quo uti solent ad causas, ducerent presentibus appendendum. Nos vero decanus et capitulum predicti recognoscimus omnia et singula premissa vera et coram nobis acta esse et specialiter de consensu et ratihabitione nostri Jacobi decani processisse et insuper ad preces dicti Bodewini nostri concanonici sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo nono, ipsa die sancti Albini martiris, que est 22. dies mensis iunii.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel sehr verletzt.

Nr. 237.

1340 **Die Richter und Rathsherren der Gebiete von Herlingen und Norden erklären, dass bezüglich der Gewaltthaten, die an einigen Pilgern dieser Gebiete in der Stadt Köln begangen worden, durch Vermittlung des Pfarrers von Ottershausen eine Aussöhnung mit Köln zu Stande gekommen sei. — 1340, 12. März.**

Universis presentes litteras visuris et audituris tam presentibus quam futuris nos iudices, consules seu rectores partialium terrarum Herlingie et Norde Frisie orientalis ac tota communitas earundem Bremensis diocesis notum facimus tenore presentium publice protestantes, quod, cum Edo, Willo et Stidolphus, nostri conpatriote ac eorum consortes, Romipete, in civitatem Coloniensem profecti per Herbordum dictum Ruwe civem Coloniensem occasione quorundam vinorum eidem, ut intelleximus per quosdam occidentales Frisones de Herlingze in episcopatu Trajectensi commorantes, ablatorum capti fuerint, detenti, afflicti et variorum tormentorum generibus miserabiliter tormentati necnon per Johannem Birclin predicte civitatis civem ad viginti quinque libras cum dimidia grossorum veterum fraudulenter et dolose exactionati, nosque, dum huiusmodi excessus miserabiles et forefactum enorme nobis per prefatos nostros conpatriotas a sue captivitatis miseria ereptos detegeretur et nostre notitie lucidius exponeretur, litteras nostras viris prudentibus consulibus et rectoribus civitatis Coloniensis transmiserimus, ipsis attemptata premissa querelose denumerando supplicantes in eisdem, ut ipsi nostris conpatriotis predictis de tam miserabili passione, pecunia ab ipsis malitiose extorsa integre restituta, emendam rationi consonam fieri disponerent cum effectu, prefatique consules et rectores Colonienses iustitia et sagacitate moti de premissis excessibus dolentes pacique et concordie intendentes nobis litteris suis rescripserint, quod ex nostris unum aliquem idoneum et discretum pleno mandato de prenarratis tormentis et nostrorum conterraneorum passionibus et exactionibus cum ipsis amicabiliter tractaturum transmittere curaremus, unde nos eorundem civium Coloniensium seu rectorum desiderio obtemperantes rixasque et discordias formidantes virum discretum et sapientem dominum Wolfardum presbiterum rectorem ecclesie in Ottershûsen predictorum captivatorum nostrumque et nostrarum terrarum in hoc casu procuratorem, sindicum et gestorem ad ordinandum pacem et concordiam de premissis et ad reformandum inter civitatem Coloniensem predictam nostrosque mercatores hincinde mutua commercia Coloniam duxerimus transmittendum, et quia idem dominus Wolfardus mediatione famosorum et prudentum virorum do-

mini Gobelini de Bilstein et aliorum sagaci consilio de omnibus premissis passionibus, tormentis, exactionibus, dampnis et expensis universis occasione premissorum emergentibus cum viris prudentibus iudicibus, scabinis, consulibus Johanne Birclin, Herbordo Rûwe et universis civibus Coloniensibus pro nobis, dictis captivis, eorum consortibus, nostris et eorum amicis et universis nostris conterraneis presentibus et futuris id expresse volentibus et cum instantia per nos sigillari petentibus in perpetuum sopitus est, compositus et virtute sui mandati amicabiliter conplanatus, pecunia ablata integraliter restituta: nos igitur universi et singuli huiusmodi compositionem amicabilem nobis gratam et acceptabilem approbamus, ratificamus et presentibus confirmamus, promittentes bona fide prestita corporali ipsam compositionem sine lesione et violatione qualibet necnon mutua commercia sincereque dilectionis federa cum civitate et civibus Coloniensibus universis pro nobis et nostris successoribus perpetuo fideliter conservare, omni fraude et dolo mali exclusis penitus in premissis. In quorum omnium et singulorum testimonium atque perpetuam firmitatem sigilla nostra, que sunt dictarum terrarum nostrarum, una cum sigillis venerabilium et valentium virorum dominorum abbatis Scole dei Cisterciensis, abbatis de Norda sancti Benedicti, prioris Nordensis domus predicatorum sancti Dominici ordinum, Folperti officialis domini archiepiscopi Bremensis et Hickonis Itzenga de Norda ad nostras et dictorum captivatorum preces instantes presentibus appensis hiis litteris sunt appensa, quod nos abbas Scole dei Cisterciensis, abbas de Norda sancti Benedicti, prior Nordensis domus predicatorum sancti Dominici ordinum, Folpertus officialis domini archiepiscopi Bremensis et Hicko de Norda predicti verum esse protestamur. Et nos Edo, Willo et Stidolphus predicti captivi pro nobis et nostris in captivitate consortibus premissam amicabilem compositionem ratam, gratam et nobis acceptabilem habentes emendamque nobis de huiusmodi nobis illatis tormentis et excessibus condignam et rationi consonam cum pecunie a nobis extorte integrali et prompta restitutione factam esse recognoscentes, promisimus et per presentes promittimus bona fide nostra prestita corporali, premissam compositionem et ordinationem cum omnibus suis clausulis perpetuo inviolabiliter observare et ad hoc obligamus nos per presentes sub sigillis prenominatorum dominorum ad nostrum rogatum presentibus appensis in testimonium omnium premissorum. 1340

Datum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo, ipso die beati Gregorii.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das erste Siegel, zwei Heilige unter Baldachinen, hat die Umschrift: Sigillum iudicum omnium Herliggorum, das zweite,

1340 ein Bischof mit dem Stab in halber Figur, darunter vier anbetende Figuren in knieender Stellung: S. Advocato....onsulum ..., das dritte, ein Abt mit dem Stabe: S. Eghardi abbatis scole dei, das vierte, Maria mit dem Kinde: S....onis abbatis Norde, das fünfte, Maria mit dem Kinde, daneben zwei Figuren, darunter eine betende Figur: S. Prioris Norden. ord. pdic., das siebente, zwei Heilige, darüber Maria mit dem Kinde, darunter eine betende Figur: S. Folperti rectoris eccl...., das achte, viereckig, ein Hahn im Felde: S. Hicconis ychenga de Norde.

Nr. 238.

Der Rath bevollmächtigt die Rentmeister, das Erbe auf der Aducht zu veräussern. — 1340, 18. März.

Id sy kunt, dat der rait bevoilen hait heren Everarde dem rentmeistere ind heren Bruyne vanme Cuesyne dem alden, weert sache, dat yemant dat erve, dat up der aducht geleigen is, wynnen weulde, dat sy des macht haent der steede beste damit zo doin.

Actum feria sexta post reminiscere, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo.

Aus einem Fascikel eines Eidbuches im Stadt-Archiv.

Nr. 239.

Kuno von Lutzingen erklärt, dass er in einem bestimmten Termine den Brief über die zwischen den Brüdern von Winningen und der Frau Adelheid von der Stesse geschlossene Sühne mit den betreffenden Untersiegelungen dem Rathe der Stadt Köln überliefern werde. 1340, 29. April.

Id sy kůnt allen lůden, die desen breyf seint inde hůrent leesin, dat want ich Coyne van Lůtzing mid anderen veil gůdere lůde darby geweist bin, dat Herman inde Bartholomeys, sůyne wilne heren Hermans van Wynningen ritters, anspraichen vrouwe Alleyde van der Stessen umbe eyn ros, dat her Herman ritter vurgenant verdarfte in deynste inde by heren Hilgere heirre van der Stessen wilne was, inde dieselven Herman inde Bartholomeys vur sich us fryde yeren broyder und alle yere mayge unde vrůnt derselver aynspraichen gesaist, geslicht unde ůvermidz reicht, des in up beyden siden genoichde, gescheyden sint, also as die breyve behaldent, die darup gemaicht sint, so hain ich zů beeden Hermans inde Bartholomeys vurgenant geloift inde geloyven, dat sy die breve mid yeren ingesiegelen alre dryer eyns yrs maigs eyns eraftigen mans inde mid myme ingesiegele volkůmenclichen besegilt tůschen dit inde

eycht dage na pynxsten nû neiste comende is zû Collen antwerden 1340
sûlen deme raide van der stat sunder eynch vertreckin inde arglist. Dis zû urkunde inde zû wairheyde hain ich desen intgenwordigen breyf besiegelt mid myme ingesiegele, de geschreven is int iair uns heren drûytzeinhûndert in deme veirtzichsteme iare des vrydais na dem sûndage as man sincgt quasimodo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel, ein quergetheiltes Feld mit neun Rauten in der unteren Hälfte, hat die Umschrift: S. Conradi de Lutzing.

Nr. 240.

Bestimmung über die Zollfreiheit der Nürnberger Kaufleute in Köln und der Kölner in Nürnberg. — 1340, 23. Juni.

In den iaren unss herren millesimo trecentesimo quadragesimo wart dieser nageschrevenre punte oeverdragen.

Notum sit, quod cives Colonienses et eorum bona universa ab omni theolonii solutione quiti sunt et penitus soluti in opido Noerenberg et prefati opidi opidani et eorum bona universa et qualiacumque in nostra civitate Coloniensi a theolonii solutione quiti erunt et soluti. Actum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo, in vigilia nativitatis beati Johannis baptiste, et econverso cives Colonienses et eorum bona ab omni theolonio in civitate Noerenberg liberi erunt et soluti. Actum ut supra, et servanda sunt premissa in eo iure, quo ab antiquo sunt servata.

Aus einem Fascikel eines Eidbuches im Stadt-Archiv.

Nr. 241.

Johann von Bassenheim und Johann Walpod erklären, dass sie den wegen der von Johann von der Heufte gegen Dietrich von Krane ausgestossenen Worte entstandenen Streit geschlichtet haben. 1340, 2. Juli.

Ich Johan van Bassenheym ritter dun kunt den ersamen luden den ricterin, den scheffin und den gemeynen burgerin van Köllen, dat ich und her Johan Walpod van Andernach eyn ritter, den der ersam man der apt van dem Lache darzu geschikket hatte, han gesünet gentzlich umb gunst und fruntschaf, dy ich han zu der stat van Kollen, und umb bede Everardz Hardefüst, Arnolde und Friderich, wepelinge van Kane, mine mage, und Johanne van dem guldene Heuvede üren burger van

1340 dem uflaufen worte, die Johan solde han gesprochen uf hern Diederiche bruder der vorgenanten Arnoldes und Friderichs, also dat si lutterliche und gentzlich hant zerzigen und verzient mitz over dysen bryf for sich und alle yre frünt uf alle ungunst, die si hatten wider den vorgenanten Johan und syne frünt und uf de stat van Kollen und en willent in noch syne frunt noch die stat van Kollen nemer gehinderin noch erzornen umb alsolche wort, als Johan solde han gesprochen. Dat dit veste und stede si und blive, so han ich umb ire bede min yngesygel an dysen bryf gehangen.

Dit geschach nach godes gebürte drutzynhundert iar und darnach in dem virzygesten iare, uf der marteler dach sent Processis und Martinianes.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel, drei Vögel im Schilde, hat die Umschrift: S. Johis de Bassenheim militis.

Nr. 242.

Die beiden englischen Krieger Johann von Sproystun und deren Bruder Richard erklären bezüglich aller Ansprüche, die sie gegen Emund Birklin hatten, durch Vermittlung des Kölner Rathes befriedigt worden zu sein, und schwören wegen der Gefangenschaft, darin sie gesessen, Urfehde. — 1340, 20. August.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Johannes de Sproystûn miles de Anglia et Rytzhardus eius frater, armiger, notum facimus tenore presentium publice protestantes, quod nos adiutorio favorabili et efficaci prudentum et honestorum virorum dominorum consulum civitatis Coloniensis de captivitate nobis per Emundum Birclin civem Coloniensem et suos complices facta liberati et emissi sumus, ablatis nobis integraliter restitutis dampnisque nostris exinde passis plenius refusis et restauratis, habentes de hoc eosdem dominos consules, cives et civitatem Coloniensem multiplicibus gratiarum actionibus commendatos, quocirca nos pro nobis, nostris consanguineis et amicis universis et singulis presentibus et futuris super dicta nostra captivitate et super omni eo, quod exinde secutum est, renunciavimus et presentibus pure et simpliciter renunciamus, facientes urvedam debitam et consuetam, ita quod promisimus ac promittimus per presentes bona fide prestita corporali et iuravimus tactis per nos corporaliter sacrosanctis, quod nos, nostri consanguinei et amici aut aliquis nostro et eorum nomine predictam captivitatem nostram et omnia exinde secuta nullatenus vindicabimus neque requisitionem aut questionem aliquam civibus Colo-

niensibus universaliter et singulariter movebimus in futurum. Preterea 1340
sub fide et iuramentis nostris prestitis predictis promittimus, quod quam primum loco et tempore se offerentibus efficere poterimus, procurabimus litteram gloriosi principis domini nostri Edewardi regis Anglie ad predictos dominos consules Colonienses continentem, quod nos ipsos dominos consules super favorabili auxilio et liberatione fideli captivitatis nostre predicte habeamus specialiter commendatos, et quod idem dominus noster rex Anglie pro premissis dictos dominos consules ceterosque cives Colonienses gratia, favore et promotione prosequi intendat omnibus locis et temporibus oportunis, fraude et dolo cessantibus penitus in premissis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum Johannis, quo ego Rytzhardus utor, ex certa nostrum scientia presentibus litteris est appensum.

Datum in vigilia assumptionis gloriose virginis Marie, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel abgefallen.

Nr. 243.

Die Norwicher Bürger Wilhelm Reit und Johann Bert schwören bezüglich der Gefangenschaft, in die sie durch Emund Birklin geworfen worden, Urfehde. — 1340, 20. August.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Wilhelmus dictus Reit et Johannes dictus Bert, cives Norwicenses, notum facimus publice recognoscentes et presentium patrocinio protestamur, quod super captivitate nostra nobis die hesterna per virum honestum Emundum Birclin civem Coloniensem et suos in hac parte complices et coadiutores facta sponte et inchoacte renunciavimus et effestucavimus, renunciamus et effestucamus pure, simpliciter et de plano per presentes et urvedam invicem fecimus super eadem necnon iuravimus tactis per nos corporaliter sacrosanctis, quod predictam captivitatem et quidquid propter eam realiter vel personaliter passi sumus, nullatenus vindicabimus neque vindicari faciemus aliqualiter in futurum, nullum etiam civem Coloniensem vel suos fautores ubicumque locorum constitutum seu constitutos coniunctim vel divisim impediemus neque molestabimus occasione pretacte captivitatis aut exinde emergentium quoquomodo, sed potius ipsum Emundum et universos cives Colonienses toto nostro posse iuxta suam utilitatem iuvabimus mutuis favoribus et dilectionis constantia prosequemur et specialiter apud gloriosum principem et dominum nostrum dominum regem Anglie verbis et factis, quibus sciverimus expedire ad consecutionem debitorum suorum integralem, habentes nos nichilominus

1340 de iudicibus, scabinis et consulibus viris prudentibus civitatis Coloniensis ab huiusmodi captivitatis correctione et iustitia multipliciter commendatos, fraude et dolo exclusis penitus in premissis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris perpetue duraturis duximus appendenda.

Datum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo, sabbato post festum assumptionis gloriose virginis Marie.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die beiden Siegel ziemlich gut erhalten.

Nr. 244.

Stiftung des Conventes Ventilogium, später zum Hahnen bei Cäcilien genannt, nahe bei den Augustinern. — 1340, 6. October.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Notum sit, quod Everardus dictus de Gallina et Nesa eius uxor donaverunt et legaverunt post mortem dictorum coniugum proprie et hereditarie pro salute animarum suarum novam domum cum area vocatam Ventilogium sitam ex opposito curie burggravii versus plateam stellarum prope domum Vogelsang et coquinam retro sitam usque ad pomerium, sicut ibi iacet, octo puellabus becginabus existentibus bone indolis et bone conversationis, quarum quidem octo puellarum erunt quatuor de linea Everardi predicti, item quatuor alie puelle erunt de linea Agnetis uxoris Everardi predicti, quamdiu possunt haberi et reperi, ita quod dicte octo puelle habebunt accessionem ad puteum et ad medietatem private camere tali conditione, quandocumque dictus puteus et locus privatus aliquas expensas indiguerint et necesse habuerint, quod huiusmodi expensas dicte due domus pariter facient et exponent. Item sciendum est, quando aliqua dictarum octo puellarum discesserit, quod prior ordinis Augustinensis domus Coloniensis pro tempore existens cum seniore puella dicte domus aliam honestam puellam dicto conventui congruam et complacentem ponet et collocet loco defuncte, et ex quarum latere seu linea una decesserit, quod alia idonea, que haberi poterit, loco sui substituetur. Item sciendum est, quod prior domus Augustiniensis pro tempore existens erit summus magister et corrector omnium excessuum et querelarum, que fiunt per predictas puellas. Item si aliqua dictarum puellarum inhoneste per infamiam malam se gereret, quod prior pro tempore existens habebit posse aliam instituendi in locum modis predictis.

Anno domini 1340, feria quinta post Remigii.

Nach einer Copie aus einem Schreinsbuche.

Nr. 245.

Von Seiten des Leprosenhauses vor der Stadt Köln wird dem Beneficiat in der St. Nothburgiskirche Johann von St. Severin ein Gaddem in der Pfarre St. Martin in Erbpacht gegeben. 1340

1340, 20. October.

Universis presentes litteras visuris et audituris ego Gotschalcus dictus Oyverstoilz in Vilzegraven, scabinus Coloniensis et provisor domus leprosorum extra muros civitatis Coloniensis, notum facio presentibus publice protestando, quod cum discretus vir dominus Johannes dictus de sancto Severino, presbiter beneficiatus in ecclesia sancte Noytburgis Coloniensis, suique preheredes et antecessores medietatem cuiusdam cubiculi siti in parrochia sancti Martini Coloniensis ex opposito inferioris domus institorie, que dicitur ramehuys, scilicet quinti cubiculi a moneta, tytulo hereditarie locationis et concessionis a predicta domo leprosorum pro annuo et hereditario censu subscripto pacifice et quiete absque ulla iusta impetitione tenuissent et possidissent a tempore, cuius memoria hominum in contrarium non existit, prout super eo tam litteris certis sigillo dicte domus leprosorum sigillatis, quam aliis veris causis et testimoniis sum informatus, ego in hoc commodo et utilitate dicte domus leprosorum prepensatis prefatam concessionem et locationem medietatis cubiculi antedicti duxi innovandam ipsamque medietatem cubiculi predicti, prout iacet ante et retro, subtus et superius, vice et nomine dicte domus leprosorum concessi et locavi, concedo et loco firmiter per presentes domino Johanni presbitero predicto ad habendam et possidendam pacifice et quiete perpetuo et hereditario iure pro annuo et hereditario censu quindecim solidorum denariorum pagamenti Coloniensis tempore solutionis communiter usualis et dativi predicte domui leprosorum seu eius provisori pro tempore existenti singulis annis perpetue et hereditarie persolvendo, videlicet septem solidos et sex denarios in festo pasche ac septem solidos et sex denarios in festo beati Remigii aut infra quatuor septimanas post quemlibet dictorum terminorum sine captione tali conditione, quod si dictus census aliquo dictorum terminorum neglectus fuerit, extunc predicta medietas ipsius cubiculi cum omni sua melioratione cedet domui leprosorum predicte libere et absolute, ita quod ipsa domus prefatam medietatem cubiculi iure obtinebit et divertere poterit per se aut suum provisorem quocunque voluerit sine alicuius contradictione, omni dolo in hiis excluso. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem sigillum dicte domus leprosorum presentibus litteris est appensum.

1337 ceterique cives civitatis Coloniensis et magister Elbertus de Bettincourt, canonicus ecclesiae sancti Pauli Leodiensis subscriptorum notitiam cum salute. Noveritis nos deliberatione super hoc prebabita diligenti pariter in hoc convenisse, quod ego predictus magister Elbertus exnunc in antea predictorum dominorum meorum iudicum, scabinorum et consulum civitatis predicte ero clericus et advocatus, causas eorum et negotia licita et honesta intra dictam civitatem et extra, ubicumque et quandocumque requirere me voluerint, fovendo et quamdiu vixero pro verbis meis contra quascunque personas ecclesiasticas vel mundanas, cuiuscumque status vel conditionis existant, meo patrocinio fideliter promovendo, domino meo Leodiensi episcopo ac domino comite Namurcensi necnon ecclesiis, in quibus beneficiatus sim vel existam, duntaxat exceptis. Et premissa iuravi tactis sacrosanctis me firmiter observare debere. Preterea si dictis dominis meis placuerit, quod pro eorum negotiis ad curiam Romanam vel alia loca proficiscar ad ipsorum mandatum, Coloniam si opus fuerit et abinde ad alia loca, ad que me voluerint destinare, ire teneor legitimo impedimento cessante. Et si in posterum contra dictam civitatem aut dominos meos predictos aliqua audirem sinistra proponi vel dici, pro posse meo fidelis eorum ero ubique clericus et defensor. Nos autem iudices, scabini et consules supradicti, ut dictum magistrum Elbertum ad premissa facienda nobis fortius astringamus, promittimus eidem nomine civitatis nostre predicte singulis annis triginta florenos aureos parvos de Florentia duobus terminis, scilicet in festo nativitatis beati Johannis baptiste quindecim florenos et in festo nativitatis domini quindecim florenos dare et exsolvere, quamdiu vita erit sibi comes. Preterea si contingeret dictum magistrum Elbertum per nos pro negotiis nostris expediendis extra locum, ubi moraretur, evocari, quanto cito idem magister Elbertus ob causam predictam locum suum exiverit, extunc, donec ad propria fuerit reversus, qualibet die tenebimur eidem pro expensis suis duos florenos aureos de Florentia ministrare, ac medio tempore erit prefatus magister Elbertus sub nostro et civitatis nostre periculo ac tuitione, ita quod si aliquis quod absit eundo vel redeundo eum caperet vel detineret invitum rebus suis spoliando aut promissiones indebitas ab eodem extorquendo, nos et civitas nostra antedicta ipsum ab omnibus dampnis huiusmodi conservare debemus indempnem, et dampna, que occasione premissorum incurreret, integraliter eidem restituere promittimus suo proprio iuramento absque aliis probationibus declaranda. Insuper sepedictum magistrum Elbertum privilegiis, francisiis et libertatibus nobis datis seu concessis frui volumus et gaudere. In quorum omnium testimonium et munimen nos supradicti iudices, scabini et consules pro nobis et civitate nostra sigillum civitatis nostre pre-

dicte et ego magister Elbertus pro me sigillum meum proprium litteris 1337
presentibus duximus appendendum.

Datum sabbato post circumcisionem domini, anno eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo septimo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel der Stadt abgefallen; das Siegel Elbert's zeigt einen Hahn, der einen Wappenschild mit einem Stern hält; das Rücksiegel zeigt einen Hahn.

Nr. 226.

Der Edelvogt Rütger und dessen Frau Alveradis belehnen den Richwin Grin mit ihrem Zolle in der Stadt Köln. — 1337, 11. Februar.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Rutgerus nobilis advocatus Coloniensis et Alveradis eius uxor legitima notum facimus publice protestando, quod theoloneum huiusmodi, quod honorabilis vir dominus Henricus Gryn scabinus Coloniensis et Richwinus eius filius ac sui successores a nobis et nostris predecessoribus in feodum et iure feodi habuerint et tenuerint, discreto viro Richwino Gryn civi Coloniensi, filio quondam domini Robini Gryn civis Coloniensis damus in feodum et iure feodi et concedimus per presentes, salvo nostro iure theolonei nobis super curia Coloniensi et reservato etiam unicuique ulterius iure suo. Acta sunt premissa in presentia fidelium nostrorum Johannis de Crele, Wilhelmi Schûnde et Johannis quondam celerarii super platea sancti Gereonis commorantis, in cuius rei testimonium sigilla nostra una cum sigillis Johannis de Crele et Wilhelmi Schûnde iam dictorum fidelium nostrorum de iussu nostro appensis presentibus sunt appensa. Et nos Johannes de Crele, Wilhelmus Schûnde et Johannes celerarius sub sigillis Johannis de Crele et Wilhelmi presentibus appensis, premissis omnibus interfuisse conditionibus ac ipsas coram nobis acta esse modo quo supra publice recognoscentes.

Datum, actum et concessum feria tertia post festum beate Agathe virginis 1337.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel des Vogtes sehr verletzt, das zweite, eine Frau mit zwei Wappen, zeigt von der Umschrift: obilis advocati Col., das dritte, zwei rechts schräge Querbalken im Felde, hat: S. Johannis de Gheyselin, das vierte, ein gezinnter Querbalken im Felde, hat: S. Wilhelmi de Scunde.

Nr. 227.

1337 **Der Ritter Rolman von Sinzig, der gegen ein Bürgerlehen von zwanzig Mark stadtkölnischer Edelbürger geworden, verspricht, die Pflichten eines Edelbürgers treu erfüllen zu wollen. — 1337, 13. Mai,**

Universis presentes litteras visuris et audituris ego Henricus Roylman de Syntzge miles notum facio tenore presentium publice protestans, quod, cum prudentes et honesti viri domini iudices, scabini, consules ceterique cives civitatis Coloniensis me in eorum receperint concivem michique promiserint ratione mee concivilitatis dare et exsolvere in festo beati Remigii proxime nunc futuro viginti marcas denariorum pagamenti Coloniensis et deinceps annis singulis, quibus vixero, in eodem festo beati Remigii viginti marcas predicti pagamenti Coloniensis, promitto igitur bona fide et tenebor omnia negotia civitatis Coloniensis, ubicumque facere potero, iuxta meum posse fovere et promovere fideliter et amice ipsosque dominos iudices, scabinos, consules ceterosque cives et civitatem Coloniensem de dampnis quibuslibet premunire et defendere sine dolo, salvo michi honore meo et iuramentis aliis dominis meis antea prestitis. Insuper iuravi tactis per me corporaliter sacrosanctis premissa omnia observare et fideliter adimplere. In cuius rei testimonium sigillum meum duxi presentibus litteris appendendum.

Datum feria tertia post dominicam qua cantatur iubilate, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo septimo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel, ein heraldischer Adler, hat die Umschrift: S. Henrici de Sinzege militis.

Nr. 228.

Der Minoritenprovincial Arnold theilt dem Kloster St. Claren zu Köln die Ordensstatuten mit. — Münster, 1337, 8. September.

Christo deo devotis abbatisse ceterisque sororibus ordinis sancte Clare in Colonia frater Arnoldus fratrum minorum administrationis Coloniensis minister et servus salutem et pacem in domino sempiternam. Ordinationes circa statum vestrum editas a sanctissimo in Christo patre et domino domino Benedicto divina providentia papa duodecimo copiatas vobis mitto, prout teneor, sub sigillo meo ac sigillis diffinitorum provincialis capituli celebrati in Monasterio anno domini millesimo trecentesimo tricesimo septimo, in nativitate virginis gloriose, ubi predicte ordinationes fuerunt lecte et publicate, secundum quod eas sub bulla

vidi in nostro generali capitulo, quorum tenor de verbo ad verbum talis 1337
est: Benedictus episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Redemptor noster, factor celorum et universe conditor creature hominem creaturarum terrestrium dignissimum ideo ad imaginem suam condidit, ut in bonis et sanctis operibus sui sit imitator auctoris. Et hanc voluit esse naturalem humani generis dignitatem, ut in eo quasi in quodam speculo et divine imaginis forma resplendeat et sanctarum opera reluceant actionum, donans eis secundum unum atque eundem spiritum diversorum dona carismatum secundum gratias differentes, fundans militantem ecclesiam eamque insigniens diversis conditionibus hominum in Christo credentium et ordinibus in divinis obsequiis militantium personarum, que viventes sub regula ab ipsa iter recte vivendi recipiunt et transeundi presentis militie cursum per diversorum semitam mandatorum normam sanctam suscipiunt et laudabilem disciplinam. Quia decet Christi famulas et devotas ancillas, que mundanis contemptis illecebris adversus principem tenebrarum et contra spirituales nequitias pugnature se per professionis votum disciplinis regularibus astrinxerunt, in agone presentis militie sic per rectum iter observantie regularis incedere, ut perfectam cordis et corporis puritatem post consummatum cursum mundialis certaminis superne vocationis bravium consequi mereantur, nos statui monialium, si que sunt sub cura seu regimine ordinis fratrum minorum vel erunt in futurum, sive minorissarum aut sancte Clare seu sancti Damiani, quibuscumque ordinum vocabulis nuncupentur, paterne sollicitudinis studio providere volentes auctoritate presentium ordinamus, quod in singulis monasteriis earundem per provinciales ministros eorundem ordinis minorum de consensu abatissarum et conventuum seu maioris partis auctoritate apostolica certus monialium numerus statuatur iuxta monasteriorum ipsorum suppetitias obventionum et etiam facultatum, ita quod ex ipsis congrue valeant sustentari, quodque ultra dictum numerum nulla in eis possit recipi, nisi de apostolice sedis auctoritate seu licentia speciali, vel ubi adeo ipsorum monasteriorum facultates seu obventiones excrescerent, quod pluribus possint sufficere competenter, scilicet extunc talis excrescentia referatur capitulo generali dictorum fratrum minorum, in quo habeant ordinari, quod persone ex ipsis fructibus seu obventionibus excrescentibus ultra dictum statutum numerum possint poni; cum autem infra dictum statutum numerum alicuius vel aliquarum receptio fuerit facienda, talis receptio fieri nequeat, nisi de ministri generalis vel provincialis licentia speciali et expressa, quibus districte precipimus, ut antequam huiusmodi concedant licentiam, diligenter provideant, ne aliqua pactio illicita seu pravitas symoniaca intercedat; si vero contingat aliquid gratis offerri

1337 monasterio ab ingrediente, parentibus vel amicis eius vel alterius monialis vel pensionem seu reditus alicui moniali vel quidquid aliud donari vel legari, per abbatissam recipiatur et in usus communes convertatur et in necessitatibus eius, cuius contemplatione oblatum, datum seu legatum fuerit, favorabilius subveniatur. Caveant insuper prefati generales et provinciales ministri, ne pro concedenda predicta licentia seu alias quomodocumque occasione ipsius vel quovis alio colore vel figmento quesito aliquid a quacunque seu quibuscunque persona vel personis per se vel alium seu alios ante ipsam licentiam vel etiam postea recipere quandoque presumant, seu recipi a quibuscunque personis aliis, etiam sui ordinis singularibus fratribus vel conventibus seu dari aut offerri locis vel fabricis seu aliis usibus quibuscunque dicti ordinis vel locorum ipsius faciant vel procurent vel quantum in eis fuerit, fieri permittant, etiam pretextu cuiuscunque consuetudinis, quam reputamus potius corruptelam. Si vero contra fecerint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, a qua nequeant nisi per summum pontificem preterquam in mortis articulo absolutionis beneficium obtinere, et si legitime de hoc convicti fuerint, ab eorum ministeriis seu officiis perpetuo deponantur. Preterea ordinamus, quod tam abbatisse quam alii seu alie, qui seu que bona et obventiones dictorum monasteriorum administrabunt, colligent, recipient atque expendent, teneantur annis singulis coram generali vel provinciali ministro seu visitatore et certis monialibus monasteriorum ipsorum providis et discretis ad hoc per conventus eorundem monasteriorum electis de receptis et expensis ac de hiis, que eis vel per eas debentur, et de statu, in quo monasteria erunt, plenam et fidelem reddere rationem. Ordinamus etiam, quod deinceps in singulis monasteriis sive locis ipsorum in novitate cuiuslibet abbatisse infra duos menses, postquam pacificam possessionem monasterii habuerit, in presentia generalis vel provincialis ministri seu visitatoris ipsius monasterii et sex discretarum monialium eiusdem de omnibus bonis monasterii ipsius mobilibus et immobilibus in quibuscunque consistant, fiant inventaria seu registra consimilia duplicata sigillis abbatisse et conventus sigillata, in quibus inter alia contineatur, quot extent vel deficiant animalia et qualia et quanta blada, vina et cetera victualia et que et quot et quibus monasterium debet et que et quot et a quibus debetur eidem et sub quibus obligationibus debet vel debetur, et que et quot vasa sive ornamenta vel suppellectilia et similia, ubi fuerint, et si qua abbatissa in bono statu receperit monasterium ipsumque ad malum statum postea deduxerit, bona ipsius debitis obligando indebite vel dilapidando seu alienando, ab administratione abbatissa removeatur omnino et alias debite puniatur. Predicta autem inventaria

seu registra clare et integraliter in capitulo ipsius monasterii presentibus 1337 sororibus conventus eiusdem et ad hoc specialiter congregatis legantur et vulgarizentur, quibus sic lectis unum penes ipsam abbatissam remaneat et aliud penes dictum conventum et transscriptum ipsius penes dictum generalem vel provincialem ministrum. Cum universe et singule dictorum ordinum moniales secundum earum regulam et constitutionem felicis recordationis Bonifacii octavi pape predecessoris nostri super hoc editam sub perpetua in suis monasteriis debeant permanere clausura et in nonnullis monasteriis predictarum id, sicut accepimus, non usque quaque servetur, volentes constitutionem predictam super hoc inviolabiliter observari, districte precipimus ministris, visitatoribus, abbatissis et quibuscunque aliis, ad quos vel quas hoc pertinuerit, ut clausuram huiusmodi diligenter teneri faciant et servari, ita quod nulli earum tacite vel expresse professe sit vel esse valeat quacunque ratione vel causa clausuram huiusmodi deinceps egrediendi facultas, nisi forte causa plantandi vel edificandi eandem religionem ad aliquem locum transmittantur vel tanto forte vel tali morbo evidente earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum aliis absque gravi periculo seu scandalo commorari, quodque nulli regulari aut seculari vel laice persone, cuiuscumque preeminentie, dignitatis, status vel conditionis extiterit, ingressus pateat ad easdem sine apostolice sedis licentia speciali, exceptis solummodo personis illis, quibus in certis casibus per dictorum predecessorum nostrorum ordinationes et earundem monialium regulas noscitur esse permissum, eisque quoque ministris, custodibus et gardianis districtius tenore presentium duximus iniungendum, ut fratres dicti ordinis sibi subditos arcere studeant ab accessu ad monasteria monialium quarumcumque iuxta beati Francisci regulam et apostolica ipsorum fratrum ordinis instituta, penas in dictis institutis earum proinde ordinatas eorum transgressoribus infligendo. Quamvis autem in regula dictarum monialium sancte Clare sequens clausula inter alia sit inserta, ut possint in singulis monasteriis recipi alique licet pauce servicialium nomine vel sorores ad huiusmodi professionis observantiam astringende, preterquam ad articulum de clausura et cetera, nos tamen honestati et fame tam ipsarum monialium sancte Clare quam minorissarum et sancti Damiani predictarum in hac parte providere volentes, ordinatione presenti perpetuo valitura, districte precipimus, quod huiusmodi serviciales seu sorores ad observantiam professionis astricte et que de cetero astringentur, quemadmodum et cetere moniales debeant sub perpetua clausura manere; possint tamen singula monasteria dictarum monialium habere aliquas paucas tamen mulieres moribus et etate maturas, providas et honestas, in seculari honesto tamen habitu incedentes, que dictam clausuram nullatenus in-

1337 gredi permittantur, sed negotia monasterii ac necessitates monialium, prout eis commissum fuerit, fideliter exterius peragant et procurent. Porro si abbatissa contra premissa clausuram predictam exire presumpserit vel exire aliquam licentiaverit monialem, per ministrum suum discretorum fratrum consilio removeatur a regimine abbatie; moniales vero dicte exeuntes clausuram in casibus premissis ipso facto sint inhabiles ad quaecunque officia in earum ordine optinenda, et nichilominus subdantur penis illis, que pro gravioribus culpis in ipso ordine consueverunt imponi. Ad hoc districte prohibemus dictorum ordinum moniales in earum dormitoriis cellas habere; si quas vero habent, omnino destrui precipimus et mandamus per ministros seu visitatores in prima visitatione, quam impendent in monasteriis earundem, contradictores, si qui seu si que fuerint ac dantes eis in hoc auxilium vel favorem auctoritate apostolica per censuram ecclesiasticam compescendo. Ut salutaria instituta et ordinationes huiusmodi, per quorum observantiam professores eiusdem ordinis eterno regi in puritate mentium obsequentes de spiritualibus hostibus animarum poterunt deo propitio facilius triumphare, per eorum publicationes sollempnes ad cunctorum professorum dicti ordinis notitiam deducantur ac devote et fideliter observentur ab eis, auctoritate apostolica tenore presentium ordinamus, quod statuta et ordinationes predicta in primis eorum generalibus et provincialibus capitulis a principio usque ad finem integre prout iacent legantur publice et sollempniter publicentur eorumque singule copie singulis ministris provincialibus ad prefatum primum capitulum generale per ministrum generalem et diffinitores eiusdem capituli generalis sigillis sigillata tradantur et assignentur, iidem quoque provinciales ministri copiam statutorum et ordinationum huiusmodi singulis conventibus provinciarum suarum infra duorum mensium spatium post publicationem eorum in suis provincialibus capitulis factam mittere teneantur. Volumus etiam et auctoritate statuimus supradicta, quod in singulis conventibus dicti ordinis statuta et ordinationes prefata legantur quolibet mense semel et quod quelibet alia statuta et ordinationes eiusdem ordinis contraria hiis nostris ordinationibus et statutis ipso facto omni robore careant et etiam firmitate, dicti quoque ministri et fratres dicti ordinis presentes et posteri contra ordinationes et statuta nostra huiusmodi quidquam statuere vel etiam ordinare aut observantiam aliquam introducere non persumant, quod si secus presumptum fuerit, id auctoritate apostolica irritum decernimus et inane et nullius penitus existere firmitatis. Volumus etiam et mandamus, quod singuli ministri provinciales in singulis suis provinciis singulis conventibus monialium predictarum, que sub cura seu regimine dictorum fratrum

consistunt, in quantum eas tangere vel respicere dinoscuntur, infra dictum 1337
terminum sub eorum et diffinitorum sigillis singulis copias debeant assignare, eaque eisdem conventibus legi ac volgarizari faciant et exponi ac sub penis contentis in eis districte mandari, ut illa debeant deinceps inviolabiliter observari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statutorum, ordinationum, voluntatum et mandatorum infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum se noverit incursurum.

Datum Avinione quarto kalendas decembris, pontificatus nostri anno secundo.

Has igitur ordinationes, devote filie, reverenter audite, gratanter accipite et obedienter implete, sunt enim ordinate ad vestrarum animarum salutem et vestri ordinis honestatem. Valete in domino et orate pro me.

Datum Monasterii tempore nostri provincialis capituli, in festo nativitatis virginis gloriose inibi celebrato, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo septimo.

Si qua soror scienter et sine licentia loco et tempore prohibito solverit silentium, ultra unius spatium pater noster cum ave Maria teneatur, totiens quotiens dicere psalmum miserere mei deus. Si vero solverit ultra spatium de profundis, teneatur dicere septem psalmos. Si vero solverit ultra spatium unius miserere mei deus vel nimis clamose, illius diei nocturnum legere teneatur. Item quecumque soror ad collocutorium aut cratem seu hostium inferius sine societate debita iverit et locuta fuerit exteriori persone, infra biduum subsequens in uno prandio cum potu tantum serviciali, pane et pulmento unico sit contenta. Item quecumque soror cum introeuntibus ex certa scientia locuta fuerit preter modum prescriptum, ad similem penam sit astricta infra biduum subsequens persolvendum. Item quecumque soror verbum contumeliosum vel inproperii dixerit vel huiusmodi signum fecerit sorori aut contra sororem aliquod falsum notabile confinxerit et ad alias scienter deduxerit detrahendo, vel etiam ab offensa veniam non petiverit, primo die ad penam similem omnino permaneat obligata. Item quecumque soror claustri secreta vel sororis, unde possit oriri infamia seu turbatio conventui vel sorori, scienter revelaverit extra claustrum, ad penam similem teneatur, et, si legitime fuerit deprehensa, a communione sororum in mensa et capitulo per unius mensis spatium separetur. Item quecumque soror domine abbatisse in capitulo contumaciter responderit, eodem die omni cocto careat pane excepto; si vero extra capitulum cum deliberatione, ad penam obligata sit omnino supradictam. Item

1337 quecumque soror de manifestis suis excessibus contra regulam vel constitutiones seu abbatisse in capitulo factas monitiones suam culpam humiliter non recognoverit et hoc cum deliberatione, eidem pene subiacebit. Dicitur autem excessus manifestus, qui tribus vel quatuor sororibus ipsum scientibus est commissus. Item sorores contra premissa scienter delinquentes penitentias taxatas exsolvere firmiter teneantur, nisi magna necessitas aut evidens infirmitas excusaret. Si qua soror illitterata solverit silentium suum in tempore et loco prohibito ad spatium unius pater noster et ave Maria, tenetur legere quinque pater noster. Si vero ultra spatium de profundis, tenetur legere quindecim, si ultra spatium miserere mei deus, quinquaginta.

Ammonitiones ministri:

Sorores ante cratem et locutorium loquantur breviter, decenter et satis ad intelligendum expresse et aperte et hoc nonnisi temporibus secundum decentiam satis aptis, alioquin a sororibus accusentur abbatisse acriter puniende. Item officium chori fiat devote et reverenter cum pausis debitis et inclinationibus rationabiliter approbatis. Item pro communitate exerceant se sorores diligenter opere manuali, ita tamen quod ante tertiam et post completorium plus dent se devotioni tali opere intermisso. Item fenestra ad cratem rarius aperiatur et citius claudatur. Inferius vero hostium nisi propter causas necessitatis iuxta formam regulae nullatenus aperiatur et abbatissa non sit nimis prona ad dandum licentiam de aperiendo et etiam loquendo.

Alie monitiones:

Divinum officium fiat reverenter et devote, veniant sorores ad horarum principia et maneant usque ad finem ibi sine risu cum silentio. Item ante tertiam et tempore divini officii non licentienter ad locutorium et ad cratam, nisi causa sit honesta, utilis et rationabilis, et quando sorores recedunt, societatem tenentes alie taceant, donec revertantur. Item non sedeant ibi diu, habeant honesta verba nec clament nec susurrent. Item tempore conventionis non accedant ad cratam. Item sorores, que serviunt, serviant omnibus gratiose et cum silentio et sine clamore. Item sint quiete in dormitorio. Item veniant frequentius ad vigilias.

Aus dem Statutenbuch des Klosters St. Clara, Mscr. A X, 9.[1])

[1]) Die Abschrift in diesem Statutenbuch ist voll von sinnentstellenden Fehlern; die gröbsten habe ich corrigirt; man sieht es der Abschrift an, dass sie von Jemanden angefertigt worden, der der lateinischen Sprache nicht kundig war.

Nr. 229.

Markgraf Wilhelm von Jülich bittet den Rath der Stadt Köln, die den Juden vom Erzbischof Walram ertheilten Briefe achten zu wollen. 1337, 6. November. 1337

Wir Willam markgreve van Gulge bidden uch dei heren den rait, dei scheffenin, dei burgermeistere ind dei stat gemeininklige van Collene, dat ir den iůden van Collene dei breive, dei in unse brůder der ertschebuschuf van Collene gegefen hat ind uch gebeden hat, vaste ind stede wilt haldin in al der maneiren, as in den breiven geschreven steit, sůnder alle argelist, want wir unsen brůder gerne darzoe helpen willen, dat in stede ind vaste gehalden werden de vursprochen breive.

Gegefen under unsme ingesegil in den yaren uns heren dusent drůhůndert seven ind drissich yair, des důnrisdachs vur sent Mertins daige in deim wintere.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das kleine Siegel hat die Umschrift: S. secti Willhi dei gra Marchionis Juliac.

Nr. 230.

Der Kölner Rath sichert dem Johannes von Rode, der Kölner Edelbürger geworden ist und sich zur Unterstützung der Stadt Köln verpflichtet hat, ein Bürgerlehen von zehn Mark zu. 1338, 13. Februar.

Das Original im Stadt-Archiv. Das Siegel der Stadt verletzt, das des Johannes von Rode, mit der Umschrift: S. Johannis de Merode militis, gut erhalten.

Nr. 231.

Erzbischof Walram ersucht die Stadt Köln, die in Köln wohnenden Juden in den ihnen jüngst ertheilten Rechten zu schützen. 1338, 24. November.

Nos Walramus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, ad universorum notitiam hoc presens scriptum intuentium volumus pervenire, quod cum nos propter grata obsequia, que nobis dilecti nostri iudei Colonienses noviter impenderunt, omni ire et indignationi, quas gessimus ad eosdem, renunciavimus funditus et in toto eisdemque gratias concessimus ampliores,

1338 prout in litteris super hoc confectis ipsisque per nos consilio prehabito maturo traditis ac sigillo nostro maiori sigillatis plenius continetur, rogamus et favorabiliter requirimus prudentes viros nobis predilectos iudices, scabinos, consules et universos cives civitatis nostre Coloniensis, ut prefatos nostros iudeos in prescriptis nostris gratiis et indulgentiis iuxta formam litterarum nostrarum predictarum fideliter tueantur, protegant et defendant quolibet absque dolo. In cuius rei testimonium sigillum nostrum maius de iussu nostro speciali presentibus litteris est appensum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo octavo, in vigilia beate Katherine virginis.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel gut erhalten.

Nr. 232.

Stiftung des Conventes Spitze in der Mariengartengasse. 1339, 10. März.

Notum sit, quod Aleides filia Winkini an der Spitzen donavit et remisit post mortem suam, duodecim puellis pauperibus propter deum pro pane suo euntibus dictam domum et aream in der gardengassin retro chorum ad Ortum, ante et retro, subtus et superius, prout iacet, pro conventu perpetuo et hereditario, ita quod duo seniores officiati domus officialium sancte Columbe infra parrochiam sancte Columbe discutiant et reforment omnem dissentionem et molestiam, si qua inter dictas pauperes puellas contigerit suboriri, prout ipsis duobus officiatis fore videbitur rationis.

Actum feria quinta post letare, anno domini 1339.

Aus einem Schreinsbuche.

Nr. 233.

Bodewinus, Canonicus von St. Aposteln, kauft das früher vom Chorbischof Gottfried von Ruden bewohnte Canonical-Haus auf Lebenszeit für 150 Mark. — 1339, 22. Juni.

Universis presentes litteras visuris et auditturis ego Bodewinus notarius domini Coloniensis, canonicus ecclesie sanctorum Apostolorum in Colonia, notum facio et tenore presentium publice recognosco, me curiam seu domum claustralem, quam olim inhabitabat magister Godefridus de Ruden bone memorie, dicte ecclesie choriepiscopus, cum omnibus suis

pertinentiis et attinentiis, ante et retro, prout iacet, in emunitate dicte 1339 ecclesie emisse iusto emptionis tytulo interveniente erga discretos viros dominos Arnoldum dictum de sancta Gertrude, Wolterum de Roselden et Johannem dictum de Summo, vicarios in ecclesia sanctorum apostolorum predicta, de consensu, voluntate et ratihabitione honesti viri domini Jacobi decani ecclesie predicte ementi pro me et ad vitam meam quamdiu vixero tenendam, utendam et possidendam pacifice et quiete, sicut meas, pro centum et quinquaginta marcis denariorum pagamenti Coloniensis communiter currentis, de quibus dictis vicariis satisfeci, prout per literas venditionis michi per eosdem vicarios traditas sigillo capituli ecclesie predicte sigillatas docere potero evidenter, tali conditione adiecta, quod prefatam curiam seu domum sine ruina et lapsu conservabo meis sumptibus et expensis et si dicta curia seu domus in aliqua sui parte seu ruinam seu lapsus pateretur, extunc ipsi vicarii aut alter ipsorum de redditibus prebende mee a distributore prebendarum pro tempore existente recipient tantum, quod huiusmodi ruine et lapsus decenter valeant reparari, ad que consensum meum et bonam voluntatem adhibeo per presentes. Adiectum est etiam premissis, quod si me permutare, ordinem intrare aut ad alium statum devenire contingeret, sic quod in ipsa curia seu domo tamquam canonicus residere non valerem, extunc ipsa curia sicut iacet ad dictos vicarios et ad eorum in dictis vicariis successores salvo decano qui pro tempore fuerit iure suo, quod habere dicitur in eadem curia virtute testamenti, quod edidit quondam dominus Gerardus de Schayfporze de curia et domo supradictis, libere devolvetur, contradictione mea aut alterius cuiuscumque non obstante, dolo et fraude ac defensionibus in contrarium penitus exclusis in premissis. In cuius rei testimonium atque fidem rogavi honestos viros dominos decanum et capitulum dicte ecclesie, coram quibus premissa acta sunt et de voluntate eorum processa, ut sigillum ecclesie ipsorum, quo uti solent ad causas, ducerent presentibus appendendum. Nos vero decanus et capitulum predicti recognoscimus omnia et singula premissa vera et coram nobis acta esse et specialiter de consensu et ratihabitione nostri Jacobi decani processisse et insuper ad preces dicti Bodewini nostri concanonici sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo nono, ipsa die sancti Albini martiris, que est 22. dies mensis iunii.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel sehr verletzt.

Nr. 234.

1339 **Urkunde über zwei Mark Erbzins, die auf einem vom Kloster St. Pantaleon in Erbpacht gegebenen Hause in der Wahlengasse lasten. 1339, 26. October.**

Universis presentes litteras visuris nos Emundus dei gratia abbas monasterii sancti Panthaleonis in Colonia ordinis sancti Benedicti totusque conventus ibidem salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod constituti propter hoc in nostra presentia Tilmannus dictus de Düren et Bela eius uxor legitima recognoverunt et confessi sunt pro se et suis heredibus in perpetuum, singulis annis se teneri et solvere debere honestis personis domino Johanni Overstolz scabino Coloniensi ac Demodi eius uxori legitime et eorum heredibus redditus duarum marcarum denariorum pro tempore usualium in festo pasche aut infra quatuor septimanas dictum festum immediate sequentes de medietate domus lapidee site in platea dicta[1]) walengassen ex opposito vinee nostre una cum ortu et domo in deteriori parte ipsius aree situata, que domus tenetur a nobis et nostro monasterio et solvit nobis eadem domus integra singulis annis 12 denarios pagamenti usualis in festo pasche supradicto. Censum vero dictarum duarum marcarum si dicti Tilmannus et Bela coniuges predictis Johanni et Demodi coniugibus et eorum heredibus in termino supradicto eo modo, quo dictum est, non solverint, extunc medietas predicta una cum ortu et domo supranotato ad eosdem Johannem et Demodim coniuges et eorum heredes libere devolvetur et absolute, et de eadem prescripta hereditate liberam suam poterunt disponere per quamlibet voluntatem, salvo nobis et nostro monasterio censu nostro, videlicet sex denariorum pro tempore usualium, qui de hereditate antedicta solvi tenebuntur de possedente eandem hereditatem. In testimonium omnium premissorum sigilla nostri abbatis et conventus presentibus sunt appensa.

Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo nono, feria secunda proxima post festum beati Severini confessoris.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die beiden Siegel abgefallen.

[1]) Die Handschrift hat plateo dicto.

Nr. 235.

Stiftung eines Conventes in der Maximinstrasse. 1339
1339, 3. November.

Notum sit tam presentibus quam futuris, quod Goyswinus de Piro dictus de Ryle ex auctoritate et libera potestate sibi tradita a quondam domino Conrado de Hoven presbytero, capellano in ecclesia sancte Marie indulgentiarum, domum et eius aream, sitam in vico sancti Maximini contigue domui Westhoven ex opposito vinee dicti Meylach, vocatam ad crucem, prout iacet, ante et retro, subtus et superius, sibi a quondam domino Conrado predicto traditam, donavit et remisit in honorem dei pro salute anime ipsius domini Conradi predicti ad usus beginarum bone et honeste fame existentium in eadem commorari debentium, ita quod eadem domus in perpetuum manebit conventus beginarum, quarum erunt in numero —[1]; ut autem idem conventus in diligenti custodia habeatur, dictus Goyswinus taliter ordinavit et sibi assumpsit in conmagistrum et comprovisorem Hilgerum dictum de Ryle suum consanguineum, ita quod ipsi duo, prout sunt et erunt, magistri et provisores dicti conventus et habent ac habebunt plenam potestatem beginas bone et honeste fame ac conversationis dicto conventui instituendi et destituendi toties quotiens fuerit oportunum et eis videbitur expedire, hoc adiecto, quandocunque aliquis dictorum magistrorum decedere contigerit, quod superstes eorum alium conmagistrum sibi assumere et eligere poterit, qui sibi in premissis habebit consimilem potestatem, et sic de magistro ad magistrum, salvo hereditario censui iure suo.

Datum anno domini 1339, in crastino animarum.

Aus einem Schreinsbuche.

Nr. 236.

Beiltz Herr von Daun schliesst für sich, Winrich von Buch und alle seine Helfer eine vollständige Sühne mit der Stadt Köln.
1340, 28. Januar.

Das Original im Stadt-Archiv. Das Siegel schön erhalten, es hat die Umschrift: S. Egidii militis domini de Dune. Der Wortlaut ist gleich den bereits abgedruckten Sühnebriefen.

[1]) Die Zahl ist nicht angegeben.

Nr. 237.

1340 **Die Richter und Rathsherren der Gebiete von Herlingen und Norden erklären, dass bezüglich der Gewaltthaten, die an einigen Pilgern dieser Gebiete in der Stadt Köln begangen worden, durch Vermittlung des Pfarrers von Ottershausen eine Aussöhnung mit Köln zu Stande gekommen sei. — 1340, 12. März.**

Universis presentes litteras visuris et audituris tam presentibus quam futuris nos iudices, consules seu rectores partialium terrarum Herlingie et Norde Frisie orientalis ac tota communitas earundem Bremensis diocesis notum facimus tenore presentium publice protestantes, quod, cum Edo, Willo et Stidolphus, nostri conpatriote ac eorum consortes, Romipete, in civitatem Coloniensem profecti per Herbordum dictum Ruwe civem Coloniensem occasione quorundam vinorum eidem, ut intelleximus per quosdam occidentales Frisones de Herlingze in episcopatu Trajectensi commorantes, ablatorum capti fuerint, detenti, afflicti et variorum tormentorum generibus miserabiliter tormentati necnon per Johannem Birclin predicte civitatis civem ad viginti quinque libras cum dimidia grossorum veterum fraudulenter et dolose exactionati, nosque, dum huiusmodi excessus miserabiles et forefactum enorme nobis per prefatos nostros conpatriotas a sue captivitatis miseria ereptos detegeretur et nostre notitie lucidius exponeretur, litteras nostras viris prudentibus consulibus et rectoribus civitatis Coloniensis transmiserimus, ipsis attemptata premissa querelose denumerando supplicantes in eisdem, ut ipsi nostris conpatriotis predictis de tam miserabili passione, pecunia ab ipsis malitiose extorsa integre restituta, emendam rationi consonam fieri disponerent cum effectu, prefatique consules et rectores Colonienses iustitia et sagacitate moti de premissis excessibus dolentes pacique et concordie intendentes nobis litteris suis rescripserint, quod ex nostris unum aliquem idoneum et discretum pleno mandato de prenarratis tormentis et nostrorum conterraneorum passionibus et exactionibus cum ipsis amicabiliter tractaturum transmittere curaremus, unde nos eorundem civium Coloniensium seu rectorum desiderio obtemperantes rixasque et discordias formidantes virum discretum et sapientem dominum Wolfardum presbiterum rectorem ecclesie in Ottershûsen predictorum captivatorum nostrumque et nostrarum terrarum in hoc casu procuratorem, sindicum et gestorem ad ordinandum pacem et concordiam de premissis et ad reformandum inter civitatem Coloniensem predictam nostrosque mercatores hincinde mutua commercia Coloniam duxerimus transmittendum, et quia idem dominus Wolfardus mediatione famosorum et prudentum virorum do-

mini Gobelini de Bilstein et aliorum sagaci consilio de omnibus pre- 1340
missis passionibus, tormentis, exactionibus, dampnis et expensis universis occasione premissorum emergentibus cum viris prudentibus iudicibus, scabinis, consulibus Johanne Birclin, Herbordo Rûwe et universis civibus Coloniensibus pro nobis, dictis captivis, eorum consortibus, nostris et eorum amicis et universis nostris conterraneis presentibus et futuris id expresse volentibus et cum instantia per nos sigillari petentibus in perpetuum sopitus est, compositus et virtute sui mandati amicabiliter conplanatus, pecunia ablata integraliter restituta: nos igitur universi et singuli huiusmodi compositionem amicabilem nobis gratam et acceptabilem approbamus, ratificamus et presentibus confirmamus, promittentes bona fide prestita corporali ipsam compositionem sine lesione et violatione qualibet necnon mutua commercia sincereque dilectionis federa cum civitate et civibus Coloniensibus universis pro nobis et nostris successoribus perpetuo fideliter conservare, omni fraude et dolo mali exclusis penitus in premissis. In quorum omnium et singulorum testimonium atque perpetuam firmitatem sigilla nostra, que sunt dictarum terrarum nostrarum, una cum sigillis venerabilium et valentium virorum dominorum abbatis Scole dei Cisterciensis, abbatis de Norda sancti Benedicti, prioris Nordensis domus predicatorum sancti Dominici ordinum, Folperti officialis domini archiepiscopi Bremensis et Hickonis Itzenga de Norda ad nostras et dictorum captivatorum preces instantes presentibus appensis hiis litteris sunt appensa, quod nos abbas Scole dei Cisterciensis, abbas de Norda sancti Benedicti, prior Nordensis domus predicatorum sancti Dominici ordinum, Folpertus officialis domini archiepiscopi Bremensis et Hicko de Norda predicti verum esse protestamur. Et nos Edo, Willo et Stidolphus predicti captivi pro nobis et nostris in captivitate consortibus premissam amicabilem compositionem ratam, gratam et nobis acceptabilem habentes emendamque nobis de huiusmodi nobis illatis tormentis et excessibus condignam et rationi consonam cum pecunie a nobis extorte integrali et prompta restitutione factam esse recognoscentes, promisimus et per presentes promittimus bona fide nostra prestita corporali, premissam compositionem et ordinationem cum omnibus suis clausulis perpetuo inviolabiliter observare et ad hoc obligamus nos per presentes sub sigillis prenominatorum dominorum ad nostrum rogatum presentibus appensis in testimonium omnium premissorum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo, ipso die beati Gregorii.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das erste Siegel, zwei Heilige unter Baldachinen, hat die Umschrift: Sigillum iudicum omnium Herliggorum, das zweite,

1340 ein Bischof mit dem Stab in halber Figur, darunter vier anbetende Figuren in knieender Stellung: S. Advocato....onsulum ..., das dritte, ein Abt mit dem Stabe: S. Eghardi abbatis scole dei, das vierte, Maria mit dem Kinde: S....onis abbatis Norde, das fünfte, Maria mit dem Kinde, daneben zwei Figuren, darunter eine betende Figur: S. Prioris Norden. ord. pdic., das siebente, zwei Heilige, darüber Maria mit dem Kinde, darunter eine betende Figur: S. Folperti rectoris eccl...., das achte, viereckig, ein Hahn im Felde: S. Hicconis ychenga de Norde.

Nr. 238.

Der Rath bevollmächtigt die Rentmeister, das Erbe auf der Aducht zu veräussern. — 1340, 18. März.

Id sy kunt, dat der rait bevoilen hait heren Everarde dem rentmeistere ind heren Bruyne vanme Cuesyne dem alden, weert sache, dat yemant dat erve, dat up der aducht geleigen is, wynnen weulde, dat sy des macht haent der steede beste damit zo doin.

Actum feria sexta post reminiscere, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo.

Aus einem Fascikel eines Eidbuches im Stadt-Archiv.

Nr. 239.

Kuno von Lutzingen erklärt, dass er in einem bestimmten Termine den Brief über die zwischen den Brüdern von Winningen und der Frau Adelheid von der Stesse geschlossene Sühne mit den betreffenden Untersiegelungen dem Rathe der Stadt Köln überliefern werde. 1340, 29. April.

Id sy kůnt allen lůden, die desen breyf seint inde hůrent leesin, dat want ich Coyne van Lůtzing mid anderen veil gůdere lůde darby geweist bin, dat Herman inde Bartholomeys, sůyne wilne heren Hermans van Wynningen ritters, anspraichen vrouwe Alleyde van der Stessen umbe eyn ros, dat her Herman ritter vurgenant verdarfte in deynste inde by heren Hilgere heirre van der Stessen wilne was, inde dieselven Herman inde Bartholomeys vur sich us fryde yeren broyder und alle yere mayge unde vrůnt derselver aynspraichen gesaist, geslicht unde ůvermidz reicht, des in up beyden siden genoichde, gescheyden sint, also as die breyve behaldent, die darup gemaicht sint, so hain ich zů beeden Hermans inde Bartholomeys vurgenant geloift inde geloyven, dat sy die breve mid yeren ingesiegelen alre dryer eyns yrs maigs eyns eraftigen mans inde mid myme ingesiegele volkůmenclichen besegilt tůschen dit inde

eycht dage na pynxsten nů neiste comende is zů Collen antwerden 1340
sůlen deme raide van der stat sunder eynch vertreckin inde arglist. Dis zů urkunde inde zů wairheyde hain ich desen intgenwordigen breyf besiegelt mid myme ingesiegele, de geschreven is int iair uns heren drůytzeinhůndert in deme veirtzichsteme iare des vrydais na dem sůndage as man sincgt quasimodo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel, ein quergetheiltes Feld mit neun Rauten in der unteren Hälfte, hat die Umschrift: S. Conradi de Lutzing.

Nr. 240.

Bestimmung über die Zollfreiheit der Nürnberger Kaufleute in Köln und der Kölner in Nürnberg. — 1340, 23. Juni.

In den iaren unss herren millesimo trecentesimo quadragesimo wart dieser nageschrevenre punte oeverdragen.

Notum sit, quod cives Colonienses et eorum bona universa ab omni theolonii solutione quiti sunt et penitus soluti in opido Noerenberg et prefati opidi opidani et eorum bona universa et qualiacumque in nostra civitate Coloniensi a theolonii solutione quiti erunt et soluti. Actum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo, in vigilia nativitatis beati Johannis baptiste, et econverso cives Colonienses et eorum bona ab omni theolonio in civitate Noerenberg liberi erunt et soluti. Actum ut supra, et servanda sunt premissa in eo iure, quo ab antiquo sunt servata.

Aus einem Fascikel eines Eidbuches im Stadt-Archiv.

Nr. 241.

Johann von Bassenheim und Johann Walpod erklären, dass sie den wegen der von Johann von der Heufte gegen Dietrich von Krane ausgestossenen Worte entstandenen Streit geschlichtet haben. 1340, 2. Juli.

Ich Johan van Bassenheym ritter dun kunt den ersamen luden den ricterin, den scheffin und den gemeynen burgerin van Köllen, dat ich und her Johan Walpod van Andernach eyn ritter, den der ersam man der apt van dem Lache darzu geschikket hatte, han gesünet gentzlich umb gunst und fruntschaf, dy ich han zu der stat van Kollen, und umb bede Everardz Hardefüst, Arnolde und Friderich, wepelinge van Kane, mine mage, und Johanne van dem guldene Heuvede üren burger van

1340 dem uflaufen worte, die Johan solde han gesprochen uf hern Diederiche bruder der vorgenanten Arnoldes und Friderichs, also dat si lutterliche und gentzlich hant zerzigen und verzient mitz over dysen bryf for sich und alle yre frünt uf alle ungunst, die si hatten wider den vorgenanten Johan und syne frünt und uf de stat van Kollen und en willent in noch syne frunt noch die stat van Kollen nemer gehinderin noch erzornen umb alsolche wort, als Johan solde han gesprochen. Dat dit veste und stede si und blive, so han ich umb ire bede min yngesygel an dysen bryf gehangen.

Dit geschach nach godes gebürte drutzynhundert iar und darnach in dem virzygesten iare, uf der marteler dach sent Processis und Martinianes.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel, drei Vögel im Schilde, hat die Umschrift: S. Johis de Bassenheim militis.

Nr. 242.

Die beiden englischen Krieger Johann von Sproystun und deren Bruder Richard erklären bezüglich aller Ansprüche, die sie gegen Emund Birklin hatten, durch Vermittlung des Kölner Rathes befriedigt worden zu sein, und schwören wegen der Gefangenschaft, darin sie gesessen, Urfehde. — 1340, 20. August.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Johannes de Sproystûn miles de Anglia et Rytzhardus eius frater, armiger, notum facimus tenore presentium publice protestantes, quod nos adiutorio favorabili et efficaci prudentum et honestorum virorum dominorum consulum civitatis Coloniensis de captivitate nobis per Emundum Birclin civem Coloniensem et suos complices facta liberati et emissi sumus, ablatis nobis integraliter restitutis dampnisque nostris exinde passis plenius refusis et restauratis, habentes de hoc eosdem dominos consules, cives et civitatem Coloniensem multiplicibus gratiarum actionibus commendatos, quocirca nos pro nobis, nostris consanguineis et amicis universis et singulis presentibus et futuris super dicta nostra captivitate et super omni eo, quod exinde secutum est, renunciavimus et presentibus pure et simpliciter renunciamus, facientes urvedam debitam et consuetam, ita quod promisimus ac promittimus per presentes bona fide prestita corporali et iuravimus tactis per nos corporaliter sacrosanctis, quod nos, nostri consanguinei et amici aut aliquis nostro et eorum nomine predictam captivitatem nostram et omnia exinde secuta nullatenus vindicabimus neque requisitionem aut questionem aliquam civibus Colo-

niensibus universaliter et singulariter movebimus in futurum. Preterea 1340
sub fide et iuramentis nostris prestitis predictis promittimus, quod quam primum loco et tempore se offerentibus efficere poterimus, procurabimus litteram gloriosi principis domini nostri Edewardi regis Anglie ad predictos dominos consules Colonienses continentem, quod nos ipsos dominos consules super favorabili auxilio et liberatione fideli captivitatis nostre predicte habeamus specialiter commendatos, et quod idem dominus noster rex Anglie pro premissis dictos dominos consules ceterosque cives Colonienses gratia, favore et promotione prosequi intendat omnibus locis et temporibus oportunis, fraude et dolo cessantibus penitus in premissis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum Johannis, quo ego Rytzhardus utor, ex certa nostrum scientia presentibus litteris est appensum.

Datum in vigilia assumptionis gloriose virginis Marie, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel abgefallen.

Nr. 243.

Die Norwicher Bürger Wilhelm Reit und Johann Bert schwören bezüglich der Gefangenschaft, in die sie durch Emund Birklin geworfen worden, Urfehde. — 1340, 20. August.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Wilhelmus dictus Reit et Johannes dictus Bert, cives Norwicenses, notum facimus publice recognoscentes et presentium patrocinio protestamur, quod super captivitate nostra nobis die hesterna per virum honestum Emundum Birclin civem Coloniensem et suos in hac parte complices et coadiutores facta sponte et inchoacte renunciavimus et effestucavimus, renunciamus et effestucamus pure, simpliciter et de plano per presentes et urvedam invicem fecimus super eadem necnon iuravimus tactis per nos corporaliter sacrosanctis, quod predictam captivitatem et quidquid propter eam realiter vel personaliter passi sumus, nullatenus vindicabimus neque vindicari faciemus aliqualiter in futurum, nullum etiam civem Coloniensem vel suos fautores ubicumque locorum constitutum seu constitutos coniunctim vel divisim impediemus neque molestabimus occasione pretacte captivitatis aut exinde emergentium quoquomodo, sed potius ipsum Emundum et universos cives Colonienses toto nostro posse iuxta suam utilitatem iuvabimus mutuis favoribus et dilectionis constantia prosequemur et specialiter apud gloriosum principem et dominum nostrum dominum regem Anglie verbis et factis, quibus sciverimus expedire ad consecutionem debitorum suorum integralem, habentes nos nichilominus

1340 de iudicibus, scabinis et consulibus viris prudentibus civitatis Coloniensis ab huiusmodi captivitatis correctione et iustitia multipliciter commendatos, fraude et dolo exclusis penitus in premissis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris perpetue duraturis duximus appendenda.

Datum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo, sabbato post festum assumptionis gloriose virginis Marie.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die beiden Siegel ziemlich gut erhalten.

Nr. 244.

Stiftung des Conventes Ventilogium, später zum Hahnen bei Cäcilien genannt, nahe bei den Augustinern. — 1340, 6. October.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Notum sit, quod Everardus dictus de Gallina et Nesa eius uxor donaverunt et legaverunt post mortem dictorum coniugum proprie et hereditarie pro salute animarum suarum novam domum cum area vocatam Ventilogium sitam ex opposito curie burggravii versus plateam stellarum prope domum Vogelsang et coquinam retro sitam usque ad pomerium, sicut ibi iacet, octo puellabus beeginabus existentibus bone indolis et bone conversationis, quarum quidem octo puellarum erunt quatuor de linea Everardi predicti, item quatuor alie puelle erunt de linea Agnetis uxoris Everardi predicti, quamdiu possunt haberi et reperi, ita quod dicte octo puelle habebunt accessionem ad puteum et ad medietatem private camere tali conditione, quandocumque dictus puteus et locus privatus aliquas expensas indiguerint et necesse habuerint, quod huiusmodi expensas dicte due domus pariter facient et exponent. Item sciendum est, quando aliqua dictarum octo puellarum discesserit, quod prior ordinis Augustinensis domus Coloniensis pro tempore existens cum seniore puella dicte domus aliam honestam puellam dicto conventui congruam et complacentem ponet et collocet loco defuncte, et ex quarum latere seu linea una decesserit, quod alia idonea, que haberi poterit, loco sui substituetur. Item sciendum est, quod prior domus Augustiniensis pro tempore existens erit summus magister et corrector omnium excessuum et querelarum, que fiunt per predictas puellas. Item si aliqua dictarum puellarum inhoneste per infamiam malam se gereret, quod prior pro tempore existens habebit posse aliam instituendi in locum modis predictis.

Anno domini 1340, feria quinta post Remigii.

Nach einer Copie aus einem Schreinsbuche.

Nr. 245.

Von Seiten des Leprosenhauses vor der Stadt Köln wird dem Beneficiat in der St. Nothburgiskirche Johann von St. Severin ein Gaddem in der Pfarre St. Martin in Erbpacht gegeben. 1340

1340, 20. October.

Universis presentes litteras visuris et audituris ego Gotschalcus dictus Oyverstoilz in Vilzegraven, scabinus Coloniensis et provisor domus leprosorum extra muros civitatis Coloniensis, notum facio presentibus publice protestando, quod cum discretus vir dominus Johannes dictus de sancto Severino, presbiter beneficiatus in ecclesia sancte Noytburgis Coloniensis, suique preheredes et antecessores medietatem cuiusdam cubiculi siti in parrochia sancti Martini Coloniensis ex opposito inferioris domus institorie, que dicitur ramehuys, scilicet quinti cubiculi a moneta, tytulo hereditarie locationis et concessionis a predicta domo leprosorum pro annuo et hereditario censu subscripto pacifice et quiete absque ulla iusta impetitione tenuissent et possidissent a tempore, cuius memoria hominum in contrarium non existit, prout super eo tam litteris certis sigillo dicte domus leprosorum sigillatis, quam aliis veris causis et testimoniis sum informatus, ego in hoc commodo et utilitate dicte domus leprosorum prepensatis prefatam concessionem et locationem medietatis cubiculi antedicti duxi innovandam ipsamque medietatem cubiculi predicti, prout iacet ante et retro, subtus et superius, vice et nomine dicte domus leprosorum concessi et locavi, concedo et loco firmiter per presentes domino Johanni presbitero predicto ad habendam et possidendam pacifice et quiete perpetuo et hereditario iure pro annuo et hereditario censu quindecim solidorum denariorum pagamenti Coloniensis tempore solutionis communiter usualis et dativi predicte domui leprosorum seu eius provisori pro tempore existenti singulis annis perpetue et hereditarie persolvendo, videlicet septem solidos et sex denarios in festo pasche ac septem solidos et sex denarios in festo beati Remigii aut infra quatuor septimanas post quemlibet dictorum terminorum sine captione tali conditione, quod si dictus census aliquo dictorum terminorum neglectus fuerit, extunc predicta medietas ipsius cubiculi cum omni sua melioratione cedet domui leprosorum predicte libere et absolute, ita quod ipsa domus prefatam medietatem cubiculi iure obtinebit et divertere poterit per se aut suum provisorem quocunque voluerit sine alicuius contradictione, omni dolo in hiis excluso. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem sigillum dicte domus leprosorum presentibus litteris est appensum.

1341 Datum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo, in vigilia sanctarum undecim milium virginum.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel verletzt.

Nr. 246.

Mathilde, Witwe des Hertwig aus Siegburg, stiftet das Convent zum Spiegel. — 1341, 9. Februar.

Notum sit etc., quod abbatissa et capitulum ecclesie sanctarum (virginum) undecim milium in Colonia duas domus et earum areas sitas ex opposito vinee eorum in parrochia sancte Marie ad indulgentias, quas quondam Durchinis de Speculo begina ab ipsis tenere et possidere consuevit, donaverunt et remiserunt Mathildi relicte quondam Hertwici opidani Sigbergensis, ita quod etc.

Datum anno domini 1334, feria sexta post dominicam invocavit.

Item predicta Methildis voluit et ordinavit, quod tres devote persone feminei sexus domino nostro Jesu Christo in castitate servire volentes, que sint de progenie sua, domum minorem de predictis, que sita est versus ecclesiam s. Marie predictam cum area eius tendente ad cloacam retro positam et desuper illam cloacam, prout in altitudine domuncula quedam posita est, tenere, possidere et habere debeant in perpetuum, pro salute anime sue et parentum suorum, et quod illas senior de parentela ipsius Methildis et inhabitans maiorem domum una cum plebano ecclesie s. Marie predicte pro tempore existente restituere et destituere possint et debeant et in honore et honestate decentibus gubernare, salvo ante omnia Megtildi et Nese sorori sue predictis usufructu cuiuslibet earum in duabus domibus predictis et salvo primario censu et iure ecclesie sanctarum virginum predite, prout in litera sua in schrineo reposita continetur.

Datum anno domini 1341, die nona mensis februarii.

Aus einem Schreinsbuche.

Nr. 247.

Graf Ruprecht von Virneburg verzichtet auf alle Ansprüche, die er auf Grund zweier vom Erzbischof Walram zu Gunsten einiger Kölner Bürger ausgestellter Schuldbriefe möchte erheben können. 1341, 23. October.

Nos Ropertus comes de Viernenburg notum facimus universis et sin-

gulis presentia visuris seu audituris presentibus expresse confitendo protestantes, quod nos pro nobis, heredibus nostris, consanguineis, amicis omnibus et singulis super conditionibus, impetitionibus, requisitionibus et querelis quibuscumque, quas adversus viros prudentes et honestos dominos consules ceterosque cives vel aliquem seu aliquam civium civitatis Coloniensis coniunctim vel divisim ratione duorum contractuum debiti, in quo reverendus dominus dominus Walramus archiepiscopus Coloniensis erat obligatus et solvere tenebatur quibusdam civibus Coloniensibus in litteris illorum contractuum nominatim inscriptis, quorum contractuum litteras bone memorie Johannes dictus Birkelyn civis Coloniensis suo dum vixit habuit in obtentu, et contra huiusmodi debiti creditores et fideiussores qualitercumque inter nos ortis habuimus, movimus, habere intendebamus, movere, habere vel requirere possemus aliquo modo vel aliquis nostro nomine in futurum occasione predicta, renunciavimus et effestucavimus, renunciamus et effestucamus super eisdem omnibus et singulis pure, simpliciter et de plano, amice, sponte et libera voluntate per presentes, recognoscentes nobis plenarie esse satisfactum de predictis ad dictum strenuorum[1]) et honestorum virorum domini Henrici de Speculo militis, scabini, et Hermanni dicti Royde, civium Coloniensium nobis specialiter dilectorum, eorum duorum dicto in toto firmiter super omnibus et singulis promissis stare volentes, hoc promittentes bona nostra fide et benivole, in hoc re vera volumus et debemus contentari, fraude, dolo, subtilitatibus et cavillationibus quibuscumque prorsus exclusis in premissis et quolibet premissorum, harum cessionis litterarum nostri munimine sigilli firmatarum. 1341

Anno domini 1341, ipso die beati Severini episcopi.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel zeigt noch von der Umschrift: ...perti comitis de Virneburg.

Nr. 248.

Verordnung des Rathes, dass Niemand gegen seinen Willen gezwungen werden darf, wegen einer Schuldforderung auswärts Tag zu leisten. 1341, 28. December.

Id sy kunt, dat alle rede oeverdragen haent als mit den vurwerden ind vrieden zo gheven, den die in der stat schuldich synt unsen burgeren, dat dat stain sall ind gehalden werden, als man id plach zo halden, ussgescheiden dat der rait noch alle rede nyeman darzo dringen

[1]) Die Handschrift hat strennui.

1341 en soilen, dat hee weder synen guden willen herren noch ritteren noch nyemanne dach en gheve van synre schoilt kurt noch lanck.

Actum feria sexta post invocavit, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo primo.

Aus einem Fascikel eines Eidbuches im Stadt-Archiv.

Nr. 249.

Vertrag über einen kleinen Stall hinter dem Hause zum Riesen bei der Kirche St. Alban. — 1341.

In den iaren unss herren duysent druhundert eyn und viertzich wart diesen nageschreven punte oeverdragen.

Id sy kunt, dat in der zweyungen ind clage, die was en tusschen vrauwe Loretten ind yren kynderen, die eyns was huysfrauwe heren Johans vanme Horne, up eyne ind Mathys vanme Horne up anders syde als van dem stelgin, dat da steit an der kirchen zo sent Albain achter dem huyse zome Reesen, dat sy vur uns also gescheiden synt, dat dat stelgin da steit van gnaden ind nyet van rechte. So wanne dat Mathys wilt off syne erven, so sall de man dat stelgin affbrechen. Vort sy zo wissen, dat Mathys durch die mure des huys zome Reesen tzwene ancker gelacht hait, dat die vrauwe Lorette off yre erven ouch moigen zwene enckere leigen durch dieselve mure, off sy willent in alle der wys, as sy Mathys vur gelacht hait.

Aus einem Fascikel eines Eidbuches im Stadt-Archiv.

Nr. 250.

Bestimmungen des Eidbuches vom Jahre 1341.

Abgedruckt in Bd. 1, S. 15 ff. S. 20 Z. 10 v. u. muss gelesen werden: da is, statt: dais.

Nr. 251.

Erzbischof Walram gibt die Zusicherung, die Kölner Juden, denen der Rath Schutz und Schirm auf dreizehn Jahre zugesagt hat, im Genuss der denselben früher ertheilten Freiheiten während dieser Zeit zu lassen, namentlich in der Unhaftbarkeit des Einen für die Schulden und Vergehen des Andern. — 1342, 7. Januar.

Nos Walramus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, notum facimus presentium

vaede künt doin ind ime saegin, wes wir sy zyen, mer doich egeyne unreedeliche scholt an sy leegin, so sal sych der vayt des kneychts of der kneychte ain eynche wederreede hendelichen intslayn ind quyd maichin mit sulgeme wychen, dat wirs ind die stat van Coelne ain crüyt blyven, alreküune argelist sy afgescheiden an al dysen dincgen. In urkunde ind vaster stedicheyt al der vursprochinre pünte so hain wir vur uns unser steede mynste intgesygel an dysen brief gehancgen eyne mit sygel des vayts vurgenoympt, dat hee vur sych an dysen brief hait gehancgen. Oich hain wir gebeydin herin Constantyne ind herin Henriche unse raitlude vurgenant ind darzü herin Lufarde van Troyen ind Hilgere Gryn van Bergerhusen, unse samenburgere, die van unsen weegin by dyse saeichen as deydinckslude geschickit waren, dat sy ire intgesygele an dysen brief heincgen. Ind ich oig Rutger eydelvayt ze Colne vurgenoympt ergeyn des ind bekennent vestlichin in urkunde dis briefs, dat alle die pünt ind vurwordin, so wie sy vurgescreven steynt, wair synt ind mit minen willen, wyste ind gehencknysse also overmitz mine raitlüde gedeydinckt synt ind volvoirt, des zü eyme gezüiche so hain min sygel an dysen brief gehancgen ind hain vort gebeydin die vurgenante herin Arnolde van Oirschyt ind herin Godarde van Bilsteyn, mine raitlude, ind darzü herin Henriche van Rennenberch inme doime ind herin Dederyche van Eirproyde zo sente Gereone kyrchen in Colne canüynche, dye oich van minen weegin herby geschickit waren as deydinckslude, dat sy ire intgesygele vur mich an dysen brief heincgen. Ind wir Arnolt Oirschyt inme doyme ind Godart van Bilsteyn zo sente Gereone kyrchen in Colne canüynche, raitlude van partyen des vayts van Colne, ind wir Constantyn van Lysenkirchen scheffen ind Henrich Quattermart, burgere in Colne, raitlude van partyen der wyser eirsamer lude der rychtere, scheffenen ind raitz der steede van Colne, gekoren ast vur gereyd is, gelovin in guden truwen ayn argelist, dat wir of aichtermailz eingerhande pünt van dysen vurgenanten saichen an uns koympt as veirre as die an uns treffent ze saissin, die solin doin setzen, volendin ind na al unser maicht saessen in alle der wys, so we it vurgescreven steyt. Des zo eyme gezüiche hain wir Arnolt ind Godart unse intgesygele van beydin heren Rutgers des eydelin vayts ind wir Constantyn ind Henrich unse intgesygele van beydin rychtere, scheffenen ind des raitz der steede van Colne an dysen brief gehancgen, ind wir oich Henrich van Rennenberch inme doyme ind Dederich van Eirproyde zo sente Gereone kyrchen in Colne canüynche by disen vurgenoympde saichen van der partyen des vayts van Colne as deydinckslüde geschicket ind gebeydin, ind wir Lufart van Troyen ind Hilger Gryn van Berger-

1344 husen by diseselve saichin van partyen des raitz der steede van Colne geschickit is as deydinckslude ind gebeydin ergeyn des, dat wir unse intgesygele an dysen brief hain gehancgen zo eyme gezuiche ind wairheyt al der vursprochinre dincge.

Dis brief is gescrevin ind gegevin up sente Jacobs avent des apostolin na goitz gebürde dusent druhündert iar in deme veir ind vierzychstime iare.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die Siegel meist gut erhalten.

Nr. 273.

Der zum Schiedsrichter in der Streitsache zwischen den Schöffen und den Officialen von Niederich gewählte Franco vom Horne stellt die gegenseitigen Rechte fest. — 1344, 29. September.

Universis presentes litteras visuris et audituris ego Francko de Cornu scabinus Coloniensis notum facio, quod cum providi viri cives et scabini de Nederich pro se ex una parte et officiati ibidem pro se ex altera super actionibus, controversiis et querelis longo tempore inter eos ventilatis, prout in diversis articulis et responsionibus ad eosdem michi datis parte ex utraque in me tamquam in arbitrum compromisissent et utraque pars sub pena centum marcarum Brabantinorum denariorum elegerit et acceptaverit, quicquid inter dictas partes super huiusmodi questionibus et responsionibus ex utraque parte pro iure dixero et pronunciavero arbitrando, quod hoc ipse partes ratum et firmum servare debeant facere et tenere, sicut in compromisso super hoc confecto plenius continetur, egoque propter partes et instantiam dictarum partium huiusmodi compromissioni nostre suscepto habitoque super premissis omnibus et singulis tam iurisperitorum quam aliorum discretorum virorum consilio secundum ea, que vidi, inveni et audivi, dico et pronuncio pro iure in nomine domini, quod predicte partes facient et observent ea, que sequuntur sub pena predicta et electa inter eas. Primo videlicet, quod scabini de Nederich non debent habere scrineum, quia in una domo, que gebuyrhuys vocatur, duo scrinea non debent esse, et ipsi scabini debent litteras eorum, in quibus hereditas, quam scripserunt, continetur, deponere in scrineum officiatorum predictorum sine alicuius expensis propter hoc faciendis, et scribent ipsi officiati hereditatem de cetero, sicut pervenit ab antiquo. Si vero aliquis alloquitur hereditatem, quam scabini scripserunt, et cum sententia scabinorum optinuerunt eandem, hoc scabini predicti refundent et non officiati. Item dico, quia officiati coram scrineo suo de hereditate iudicaverunt, quod erdingen

appellatur, hoc obtinebunt illis, qui sunt asscripti ad eandem in scrineo eorundem, sed si aliquis postmodum venit, qui talem hereditatem obtineret cum sententia scabinorum, hoc officiati refundent. Item quia comes de Nederich conquerebatur de sale, que sibi sit detenta, dico quia officiati manifeste scripserunt et comes non requisivit eandem, quod nemo tenetur de ea respondere, sed si ab aliquo requisivit, is tenetur sibi respondere de eadem. Item dico, quod unusquisque civis Coloniensis, qui est in iure suo et honore ubicumque residet in civitate Coloniensi, potest esse scabinus, qui ut[1]) prefertur a burchgravio Coloniensi et cum sententia stabilitur, quod geweldigen appellatur. Item dico, quod scabini predicti nihil habent in domo officiatorum, nisi quod possent intrare et exire domum anteriorem, ubi sedes eorum existunt et in quas positi fuerunt, quod gewelgin appellatur, pro iudicio et bescheit de hereditate, quando ipsis placuerit faciendis et retrorsum nihil iuris obtinebunt. Item dico, quod officiati coram scrineo suo de hereditate, quod erdingen dicitur, non iudicabunt, tribus etiam vicibus in anno iudicio quod gewisseit dinghen dicitur, presidere, sicut huc pervenit ab antiquo, et quicquid coram eis obtentum fuerit cum sententia de hereditate, quod ipsi scabini testificaverint officiato eidem ad scribendum, hoc ipsi officiati scribent et dabunt de quolibet testimonio illi, cui scabini commiserunt, in presentia dictorum officiatorum unum denarium usualem pro iure suo. Super hiis in testimonium atque fidem sigillum meum duxi presentibus appendendum. 1345

Actum et pronunciatum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, in die beati Michaelis archangeli.

Aus einem Fascikel eines Eidbuches im Stadt-Archiv.

Nr. 274.

Markgraf Wilhelm von Jülich vermittelt eine Sühne zwischen Hermann von Vernich, Johann Noydele von Heimerzheim, Wilhelm von Schmalenberg, Otto von Wickerath und Dietrich Brant einerseits und der Stadt Köln andererseits. — 1345, 1. Februar.

Wir Wilhelm van gots genaeden marchgreve ze Guilghe doin kunt allen lueden, dat want Herman van Vernich eyn edilman, unse man, Johan Noydele van Heymersheym, Wilhelm van Smalembroch, Otto van Wickeroede ind Dederich Braint des vursprogen Hermans knape der steede van Coelne gevanghen waren, darumbe dat sie Hoingin Segers

[1]) Die Handschrift hat ad.

1345 sûn van Bettekenhusen in der stat zo Colne gevangen hatten ind da-
mede der steede vrieit gebroichgen ind weder de stat gedain ind sie uns ind der steede van Colne geloichten herup eynre besserunge ze raemen ind de stede ze haldin, ze doine ind ze volvorene der steede van Colne, unsen lieven vrunden, so hain wir herup gûden vûrrait gehait mit unsen vrunden ind raide ind mit der steede van Colne umbe ire lievede willen, ind hain dese besserûnge alsus geraempt, ind sagen mit der steede van Colne semencligen, dat Herman ind Johan Noydele sulen zû den heyligen swoeren, ind haint geswoeren, de sie lyfligen geroirt haint, dat sie zwene leidighe man sûlen siin ind blyven, getruwe ind hoilt, mit raede ind mit daede van desime dage vort der steede van Colne, als lange, as si zwene lievent, ind sulen verzigen ind hant verziegen purligen ind claiclois up die stat van Colne, ind urvede gedain, under iren vursprogen eyden, dat van desime gevencknûsse, schaede, schande, hindernûsse ind allit, dat danaf gescheit ind rûrende is, die sie herumbe gehait ind geleiden haint, sie, ire vrunt, ire helpere, noch neman van ire wegen dat mit ireme raede, willen of wisse sy dit achtermals neit rechgen, wrechgen noch occasûnen in sulen noch vorderen, noch clagen, noch eyngen burgere of burgersen van Colne, si siint wie sie syn, noch ire gûit krûeden, hinderen, noch ansprechgin mit eyngerkunne behendicheide of varwen, usgescheiden dat deselve Herman uns ind unsen erven sal ind mach dienen ind helpen, as wirs of unse erven van ime gesinnen. Vort sagen wir mit der steede van Colne semencligen, dat Wilhelm van Smalenbroch, Otto van Wickeroede ind Dederich Braint egenoimpt sulen sweren, ind haint geswoerin zo den heiligen, de sie lyflichen haint geroirt, int haint urvede gedain ind verzegen purligen ind claclois up de stat van Colne, dat as van desime gevencnisse, schade, schande, hindernisse ind allit dat danaf gescheit ind rûrende is, die sy herumbe gehait ind geleden haint, sie dit achtermals, ire vrunt, ire helpere noch neman van iren wegen dat mit ireme raede, willen, of wissentheit sy, neit rechgen in sulen, wrechgen, noch occasûnen, noch vorderen, noch clagen, noch eyngen burgere of burgersen van Colne, sie sin we sie sin, noch ire gûit krûden, hinderen, noch ansprechgen mit eyngerkunne behendicheyde of varwen, alrekunne arglist usgescheiden an eichlichme der vûrgenante stucke. Ind dis zo eyme urkûnde hain wir unse ingesiegil mit ingesiegil Hermans van Vernich ind Johans Noydels eyne mit ingesiegile heren Coinrards achterdechgins ind hern Syvards gebrodere van Rennenberg canûnche zûme doime ze Colne, die an desen brief gehangen sint, hain gehangen. Ind wir Herman van Vernich, Johan Noydele under unsen ingesiegilen, Wilhelm van Smalenbroch, Otto van Wickeroede ind Dederich Brant bekennen,

dat alle die vursprogene stucke, also as si van unser eclichme hevûr 1345
van uns gesprochgen sint, wair sint ind geloeven in gueden truwen bi unsen eyden, die wir gedain hain zû den heiligen, die wir lyfligen hain geroirt, de steede ind unverbruchlich manlich vur sich ze halden under ingesiegelin des edelen heren heren Wilhelms marchgreve ze Guilghe, heren Conrads achterdechgins ind heren Syvards van Rennenberg canûnghe zome doeme vurgenant, die umbe unser beede willen an desin brief sint gehangen zû eyme urkunde alle desir vursprochgene pûnte. Ind wir Conrart achterdechgen ind Syvard van Rennenberg vursprogen irgein, dat wir umbe bede willen Hermans van Vernich uns neven, Johans Noydels, Wilhelms, Otten ind Dederichs vûrgenant zû eyme urkunde unse ingesiegile hain an desin brief gehangen, de gegeven is int iair uns heren drutzeinhundert in deme vunfindveirzichstime iare, up sente Brigiden dach de heiliger iuncfrouwen.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das kleine Siegel des Markgrafen gut erhalten; das zweite, zwei geschachtete Querbalken im Felde, hat die Umschrift: Sigillum Hermanni de Vernich; das dritte, ein zweigetheilter Schild, unten klein gerautet, oben rechts ein Stern: S. Johann de Heymersheim; das vierte, zwei Heilige unter einem Baldachin: Conradi de Ren..., das fünfte, ein Sparren im Felde: S. Sifridi de Rennenberg.

Nr. 275.

Der Canonikus Hilger von St. Andreas tritt gegen ein Gehalt von hundert Florin jährlich als Secretär in den Dienst der Stadt Köln. 1345, 19. Februar.

Nos iudices, consules et scabini ceterique cives civitatis Coloniensis universis, ad quos presentes littere pervenerint, cupimus fore notum, quod nos matura et diligenti deliberatione prehibita, attenta in hac parte utilitate civitatis nostre Coloniensis et consentientibus in hoc non solum consulibus pro presenti anno presidentibus, sed communi consilio omnium consulum, prout in talibus est fieri solitum et consuetum, recepimus et recipimus per presentes magistrum Hildegerum canonicum ecclesie sancti Andree Coloniensis in civitatis nostre clericum specialem et iuratum. Qui quidem magister Hildegerus sollempniter iuravit, quod prefate civitati nostre inantea esse debeat fidelis et melius nostre civitatis procurare et, dum requisitus fuerit, consulere pro posse suo et nosse, exceptis tamen reverendo in Christo patre ac domino nostro archiepiscopo Coloniensi pro tempore existente necnon honorabilibus viris capituli ecclesie Coloniensis ac ecclesiis et monasteriis, dominis et personis, quorum et quarum tempore receptionis et iuramenti huiusmodi clericus existebat, et specia-

1345 liter capitulo ecclesie Coloniensis predicto in hunc modum, quod si succedente tempore inter ipsum capitulum ex una parte et nos et civitatem nostram ex alia casus, questio seu controversia quecumque insurgeret, idem magister Hildegerus cooperabitur posse suo, quod inivicem concordemur; syn [sic] autem in hoc proficere non valeret, quin inter nos discordia seu dissentio emergeret vel emersa remaneret, extunc poterit idem magister Hildegerus prefato capitulo Coloniensi et non nobis assistere et suum consilium et auxilium impertiri. Quoad dominum autem nostrum archiepiscopum Coloniensem pro tempore existentem, alia monasteria, capitula, ecclesias, dominos et personas, quorum et quarum clericus existit, si inter nos et ipsos seu ipsa casus vel controversia quocumque tempore insurrexerit aut emerserit, idem magister Hildegerus cooperari poterit et debebit suo posse, si requisitus fuerit, quod inter nos sedetur discordia et pax ordinetur, sed neutri parti assistet consilio vel auxilio, sed supersedebit et ab hiis penitus abstinebit, hoc adiecto, quod si prefatus magister Hildegerus inantea alicuius monasterii, ecclesie, cenobii, domini vel cuiuscumque persone ecclesiastice vel mundane, clericus effectus fuerit, quod nos a fidelitate et iuramento, quam et quod illis faciet, in huiusmodi clericatu excipiet in modo et forma, quibus et prout de capitulo Coloniensis ecclesie superius est expressum. Et ut prefato magistro Hildegero propter servitia et consilia civitati nostre impensa et in posterum impendenda exhibeamus congruam recompensam, ut cum onere emolumentum et fructum sentiat et reportet, eidem magistro Hildegero per presentes damus et constituimus annuam pensionem centum florenorum parvorum de Florentia, quorum quinquaginta sibi singulis annis deinceps in festo beati Remigii et alios quinquaginta in festo pasche persolvi volumus per magistros reddituum sive reddituarios civitatis nostre pro tempore existentes, quam pensionem ipsi magistro Hildegero singulis annis terminis prenotatis quoad vixerit persolvere ac ipsum etiam magistrum Hildegerum defendere et tueri tamquam nostrum concivem et civitatis nostre clericum specialem sollempni stipulatione premissa promittimus bona fide, ad premissa nos presentibus firmiter obligantes. In quorum omnium testimonium atque robur perpetue firmitatis sigillum civitatis nostre una cum sigillo magistri Hildegeri predicti presentibus est appensum. Et ego magister Hildegerus canonicus ecclesie sancti Andree Coloniensis predictus confiteor et publice recognosco, quod ego sollempniter iuravi civitati Coloniensi predicte et me obligavi ad eandem, quod debeam esse et sum eius fidelis clericus specialis in omni modo et forma, quibus et prout de me superius est expressum. In cuius rei testimonium sigillum meum duxi presentibus appendendum.

Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo 1345
quinto, sabbato post dominicam Invocavit.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die beiden Siegel sehr verletzt. Das Hilger's zeigt eine anbetende Figur vor dem gekreuzigten Heilande.

Nr. 276.

Priorin und Convent der weissen Frauen stellen die Erklärung aus, dass sie das bei dem Kloster gelegene alte Stadtthor, welches ihnen von der Stadt Köln überwiesen worden, auf Erfordern sofort wieder zurückstellen werden. — 1345, 24. Februar.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos priorissa totusque conventus monasterii sancte Marie Magdalene ad Albas-dominas in Colonia ordinis beati Augustini notum facimus et presentium testimonio publice protestamur, quod porta civitatis Coloniensis contigue sita et attingens monasterium nostrum predictum ex parte civitatis Coloniensis predicte pure propter deum nobis benivole est concessa tali conditione et pacto interpositis, quod quandocumque prudentes et honesti viri domini de consilio eiusdem civitatis Coloniensis voluerint, resumere et recipere possint ipsam portam, quam pro tunc absque omni protractione et excusatione eis resignare tenebimur, debebimus et promittimus bona fide, contradictione nostra seu alterius cuiuscumque qualibet non obstante. Inc uius rei testimonium atque fidem firmiorem sigillum conventus nostri, quo nos omnes et singule communiter utimur, ex certa nostra scientia, consensu et voluntate presentibus est appensum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, in vigilia beate Walburgis virginis.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel sehr verletzt; es zeigt eine weibliche Figur vor dem aus dem Grab erstandenen Heilande.

Nr. 277.

Laurentius, Meister der Zölle und des Heeres des Königs Ludwig von Ungarn, gibt seinen Untergebenen den Befehl, von den Kaufleuten von Köln, Huy und aus anderen Rheinischen Gegenden keinen höheren Zoll zu erheben als von den Kaufleuten aus Böhmen und Mähren. Wischegorod, 1345, 10. März.

Abgedruckt bei Lacomblet III, 421, nach dem Original im Stadt-Archiv. Das von aussen aufgedrückte Siegel ziemlich gut erhalten.

Nr. 278.

1345 **Wilhelm Herr von Manderscheid schliesst eine Sühne mit dem kölner Bürger Reinkinus von Achen und der Stadt Köln, verzichtet auf alle Ansprüche und verspricht, weder ihn, noch die Stadt Köln, noch irgend einen kölner Bürger weiter zu beunruhigen. — 1345, 30. Juni.**

Universis presentia percepturis nos Wilhelmus dominus de Manderscheit notum facimus presentibus publice protestando recognoscentes, quod cum Reinkino de Aquis cive Coloniensi super omnibus inimicitiis, iris, indignationibus et requisitionibus, quas habuimus ratione pecunie pignorum etc. [1])

Das Original im Stadt-Archiv. Es siegeln mit Wilhelm von Blankenheim Gerhard Herr von Blankenheim und Dietrich Louf von Dollendorf. Das erste Siegel, ein eckig geschobener Querbalken im Felde, hat die Umschrift: S. dni Will. de Manderscheit militis, das zweite, ein linksspringender Löwe: S. secretum dni de Blankenh., das dritte, ein Adler mit einem Löwen auf der Brust: S. dni Th. dcti Loyf de Gladebach.

Nr. 279.

König Karl IV. bestätigt der Stadt Köln alle derselben von den früheren Kaisern, Königen und Erzbischöfen ertheilten Privilegien, führt die betreffenden Gnadenbriefe wörtlich an und hebt namentlich hervor, dass die kölner Bürger für die Schulden des Erzbischofs nicht haftbar seien, nicht an ein auswärtiges Gericht geladen werden dürfen, nach Belieben Accisen erheben können und von der sogenannten Grundrührung befreit seien. — Köln, 1345, 8. Juli.

Das Original im Stadt-Archiv. Stimmt wörtlich überein mit dem Privilegienbrief König Ludwig's vom Jahre 1314 Nr. 21. Das Majestätssiegel schön erhalten.

Nr. 280.

Das Minoritenkloster gibt der Stadt Köln das Versprechen, alle Häuser ausserhalb des Klosterbezirkes, mit Ausnahme eines einzigen, sowie alles andere Eigenthum, was es jetzt besitzt oder was ihm später zufallen wird, baldthunlichst zu veräussern. 1345, 28. Juli.

Noverint universi, ad quos presentes littere pervenerint, quod nos gardianus totusque conventus fratrum ordinis Minorum domus Colo-

[1]) Das Folgende ist gleichlautend mit allen anderen Sühnebriefen.

niensis voluntati ac beneplacito honestorum ac prudentum dominorum 1345
iudicum, scabinorum ac consulum ceterorumque civium civitatis Coloniensis propter eorum cotidiana, quibus confovemur, beneficia nos sollerti studio coaptare et conformare volentes ad eorum requisitionem et instantiam deliberatione matura prehabita ex certa scientia et libera ac spontanea voluntate consensu omnium nostrum concordi et unanimi accedente nomine domus nostre Coloniensis seu conventus promisimus dictis dominis iudicibus, scabinis, consulibus ceterisque civibus civitatis Coloniensis et tenore presentium promittimus bona fide infrascripta sub modis et conditionibus infrascriptis absque omni dolo et fraude perpetuis temporibus inviolabiliter observare. In primis quod omnes et singulas domos, hereditates seu partes domorum quocunque nomine nominentur extra nostri conventus muros et septa in civitate Coloniensi sitas, nobis aut pro nobis in scrineis dominorum scabinorum vel aliquorum officiatorum civitatis Coloniensis asscriptas vel alias ex causa quacumque competentes vel ad nos spectantes post mortem personarum, quibus per nos aut nomine nostro ad vitam unius vel plurium personarum ipse domus vendite aut alias qualitercunque exposite dinoscuntur, procurabimus quantocius poterimus bono modo effective, absolute et simpliciter vendi et precium nostris usibus applicari. Et etiam promittimus bona fide eisdem dominis iudicibus, scabinis, consulibus ceterisque civibus civitatis Coloniensis, quod si quas domos, hereditates seu partes domorum quocunque nomine extra nostri conventus muros et septa in civitate Coloniensi sitas haberemus, aut si que pro nobis seu nomine nostro quocunque titulo vel colore haberentur, que nondum essent per nos vel nostros aut nomine nostro vendite nec in scrinio dominorum scabinorum aut aliquorum officiatorum civitatis Coloniensis nobis aut pro nobis inscripte, et apparere posset ipsas domos, hereditates aut partes domorum nobis quocunque titulo vel colore legatas esse seu donatas, quod tales domos, hereditates seu partes domorum, si que sunt vel essent, quantocius poterimus bono modo cum adiutorio dictorum dominorum absolute et simpliciter cum effectu vendi faciemus et procurabimus bona fide, domo Marthe nostre, quam nunc inhabitat, dumtaxat excepta, quam nobis pro cotidianis nostris necessitatibus oportet et expedit reservari. Et quamdiu omnium et singularum domorum, hereditatum seu partium domorum predictarum et etiam infrascriptarum, si quas nobis legari vel donari qualitercunque contigerit, venditionem pure et simpliciter facere distulerimus, ut premittitur, et in effectu non expediverimus, tamdiu dicte domus, hereditates seu partes domorum, quocunque nomine nominentur, nobis vel pro nobis iam asscripte vel non asscripte qualitercunque legate vel donate seu legande vel relinquende vel donande per quem-

1345 cunque et qualitercunque vacue stabunt et remanebunt in nostri penam ac dampnum sine quocunque inhabitante vel ex parte nostra quomodolibet occupante, et nihilominus claves dicte domus seu hereditatis aut domorum seu hereditatum uni procuratorum nostrorum, qui sit iuratus civitatis Coloniensis, ad usum et voluntatem nostram, donec predictam venditionem in omni forma, prout premittitur, fecerimus, absque omni protractione committemus. Item promittimus eisdem dominis iudicibus, scabinis, consulibus ceterisque civibus civitatis Coloniensis bona fide, quod si de cetero ex quacunque causa per quoscunque christifideles nobis seu pro nobis domum seu hereditatem aut domos seu hereditates aut partes domorum sive redditus hereditarios, quocunque nomine nominentur, dari, legari aut quocunque titulo seu colore relinqui contigerit, quod huiusmodi domum seu hereditatem aut domos seu hereditates aut partes domorum sive redditus hereditarios, postquam asscripti fuerimus ad eandem vel easdem aut eosdem ad vendendum, modo et forma premissis in scrinio seu scriniis memoratis, vendemus et vendi procurabimus sub modo, conditionibus et pena supradictis. Et ut huiusmodi venditionem seu venditiones domorum seu hereditatum aut reddituum hereditariorum predictorum ad utilitatem nostram possimus commodius, liberius, cautius et citius expedire, dicti domini iudices, scabini et officiati officiorum civitatis Coloniensis in premissis sub modo et forma predictis se promptos et benivolos nobis debent exhibere et promittunt, quod huiusmodi receptiones ad vendendum et venditiones ipsas per nos aut nostros seu nomine nostro faciendas modo et forma predictis, ubi eos super hoc requisiverimus, prout eis moris est, benigne ac prompte suis scriniis incartabunt et inscribent, tamen iure scrineorum illis quorum interest semper salvo. Premissa autem omnia et singula observabimus et adimplebimus et facere eisdem dominis iudicibus, scabinis, consulibus ceterisque civibus civitatis Coloniensis per firmam, validam et sollempnem stipulationem promisimus et promittimus in hiis scriptis bona fide et ad ea facienda observanda et absque omni dolo et fraude fideliter adimplenda imperpetuum nos et conventum nostrum Coloniensem astringimus et firmiter obligamus, salva tamen nobis circa predicta ordinatione seu gratia sedis apostolice, si que dicta sedes contra premissa expresse et ex certa scientia in genere vel in specie pro nobis in futurum duxerit seu decreverit ordinare, dolo et fraude exclusis penitus in premissis et quolibet premissorum. Renuntiamus etiam in premissis et eorum quolibet omnibus exceptionibus et defensionibus, privilegiis et libertatibus iam habitis, que nobis seu conventui nostro contra premissa vel eorum aliquid possent quomodolibet suffragari et specialiter iuri dicenti generalem renuntiationem non valere. In quorum omnium testimonium

sigilla nostrorum guardiani et conventus una cum civitatis Coloniensis predicte necnon honorabilis viri domini officialis curie Coloniensis sigillis ad preces nostras presenti littere sunt appensa. Et nos iudices, scabini, consules ceterique cives civitatis Coloniensis predicti, quia per amicabilem ordinationem omnia et singula premissa nobiscum acta, habita et gesta sunt modo et forma premissis, ideo sigillum civitatis nostre Coloniensis presentibus in testimonium premissorum duximus apponendum. Et etiam sigillum venerabilis viri domini officialis curie Coloniensis rogavimus litteris hiis appendi. Et nos officialis curie Coloniensis, quia prudentes et circumspecti viri iudices, scabini, consules ceterique cives civitatis Coloniensis ex parte una et religiosi viri guardianus et fratres ordinis Minorum domus Coloniensis ex altera coram nobis recognoverunt premissa omnia et singula se egisse et fecisse in omni modo et forma, quibus superius prelibatur, ideo ad preces eorum hinc et inde sigillum maius officialitatis nostre ad perpetuam rei memoriam et testimonium premissorum duximus presentibus appendendum. 1345

Datum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, ipso die beati Panthaleonis martiris.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die vier Siegel ziemlich gut erhalten. Das erste, Christus mit zwei Figuren an der Seite, hat die Umschrift: S. Gardiani conventus Coloniensis; das zweite, ein ecce homo: S. conventus fratrum minorum in Colonia.

Nr. 281.

Prior und Convent der Augustiner zu Köln geloben dem Rathe, alle ausserhalb des Klosterbezirkes gelegenen Häuser des Klosters, mit Ausnahme von zweien, und alles Erbe, welches das Kloster besitzt, sowie alles Eigenthum, welches ihm später in der Stadt zufallen wird, baldmöglichst zu veräussern. — 1345, 12. September.

Abgedruckt bei Lacomblet III, 424, nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel des Priors und des Conventes gut erhalten, das der Stadt und des Officials sehr verletzt.

Nr. 282.

Das Kloster von St. Maurizius einigt sich mit der Stadt Köln dahin, dass auch für die Folge, wie früher, das in der Diepengasse sich sammelnde Wasser durch ein in der alten Römermauer befindliches Loch in den Klosterweingarten fliessen dürfe. 1345, 5. October.

Wir die meysterse ind convent zůmale zů sente Mauricyse zů Colne

1345 doin kûnt allen luden, die desin breyf seint ind hörent lesin, ind bekennen offenberligen, dat want lange zyt zwyst, zweyunge, clage ind pleyt hait geweyst tusschen den wysen eirsamen heren den rychterin, scheffenen, rait der steede van Colne, eytzlige yren knapen ind samenbûrgere up eyntz syde ind uns up anders syde, as van deme wasser, dat da vluyst, sich sament ind geit usser der deyvengassen dûrch dat loch der alder heydenscher steedemûyren in unsen wyngart, wilch loch wir an der zyt zûmale zû deden mûren ind eitzliche der steede knapen ind bûrgere zû Colne dat loch weder upbragen, so syn wir geslycht vrûntligen ind hain verzeygen ind verzigen alle semecligen, pûrligen ind clacloys overmits desin breyf up alle den zorn, zwyst, zweyûnge, unmoit, clage ind pleit, die wir weder de vûrgesprogen herin, ire knapen ind ire samenbûrgere hadden, ind allit dat danaeve komende ind rörende is bis up desin hûdigen dach as van den vûrsprogenen sachgen, ind geloeven in gûden trûwen, dat datselve wasser sal synen vloys haven ind gaen durch dat vûrgenante loch vortme, as id bisher gedain hait, in unsen wyngart eweligen, ind da sûlen wir ind de na uns in unse cloister intfangen werdent, dat wasser halden eweligen ind ummerme, ayn wederreede, crûyt ind hyndernisse unser semencligen of sûnderlingen, of die in unser cloister intfangen werdent achtermails of emans anders van unsen weygin, want uns die vûrgenante herin ind die stat van Colne herumbe asso leyve, gûtligen ind vrûntligen gedain haint, dat wirs in danken ind uns des beloeven, uzgeschedin alrekünne arglist, werwort geystlich ind wereklich[1] reychtz, vrieyt ind breyven, de uns ze staden möychten stain an den vûrgesprochen sachgen. Ind des zû eyme eweligen urkûnde ind meirre stedicheit hain wir eyndreichtligen myt gemeynme gehenkenisse unser alre uns conventz ingesiegil eyne mit ingesiegile des eirsamen herin herren Gerartz van der Poe deychgins der kirghen zû sente Georgise zû Colne zû unsen beedin an desen breif gehangen. Ind wir Gerart dechgin vûrgenant, want wir over desin vûrgenanten vurwörden geweist syn ind de hain helpen dedingen, darumbe hain wir umbe beedin wille der vûrgenanter meistersen ind conventz unse ingesiegil gehangen an desen breyf.

Gegeven int iair uns herin druytzeinhundert in deme vûnf ind veirtichsyne iaire, des neysten gudesdays na sente Remeys daghe.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die beiden Siegel verletzt.

[1]) Wereklich ist eine selten vorkommende Form für wereltlich.

Nr. 283.

Der Lombarde Philipp von Elsate aus Mailand, der wegen Wuchers verhaftet wurde, schwört bezüglich dieser Verhaftung Urfehde. 1345, 4. November. 1345

Universis presentes litteras visuris et audituris ego Philippus de Elzate de Mediolano Lumbardus notum facio presentibus publice recognoscens, quod cum reverendus in Christo pater et dominus dominus Walramus sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, me diffamatum super usuraria pravitate ratione bonorum per me habitorum audierit, egoque impetitus Colonie super eo et detentus iudicio eiusdem domini Coloniensis fideiussoriam cautionem fecerim, necnon prudentes viri et honorabiles domini consules civitatis Coloniensis hoc percipientes, pro me, ut in veritate comperi, apud dictum dominum Coloniensem fideliter cum instantia laboraverint tamdiu et intantum, quod ab huiusmodi impetitione, detentione et fideiussoria cautione, mediantibus consilio, auxilio, favore et promotione eorundem dominorum liberatus sum et solutus, super quo eisdem dominis referens gratiarum actiones incessabiles totis meis pro viribus et specialiter domino Johanni Scherfgin scabino Coloniensi habeo eos commendatos quamplurimum nunc et semper, matura deliberatione super hoc prehabita, sponte, non vi neque metu inductus, sed scienter, nullo errore subiacente promittens bona fide assecurando urveydam pro me, iuramenti mei munimine ad sacrosancta corporaliter prius prestiti vallatam, feci, ita quod ego et omnes in predictis bonis partem habentes, coniunctim vel divisim, ullo umquam tempore imposterum contra aliquem hominem utriusque sexus, quicunque sit vel fuerit, occasione premissorum nullam actionem, impetitionem, requisitionem, molestationem seu occasionem movebimus aliqualiter, nec diffavoris animum verbis aut factis contra quemquam hominem geremus, nec aliquis nostro nomine, cuiuscunque status et conditionis fuerit, geret, faciet quomodolibet seu movebit, prout lucidius continetur in instrumento publico super hiis confecto, ad instantes preces meas eo rogatus, omni fraude et dolo mali penitus in hiis exclusis. In cuius rei testimonium sigillum meum una cum sigillis dominorum Johannis Scherfgin predicti et Constantini de Lysenkirgen, scabinorum Coloniensium, pro me et ad preces meas appensis duxi appendendum, quod nos Johannes Scherfgin et Constantinus de Lysenkirgen scabini predicti recognoscimus esse verum.

Datum feria sexta proxima post festum omnium sanctorum. anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto.

1345 Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel Philipp's hat die Umschrift: S. Philippi de Olzate, die beiden anderen gut erhalten.

Nr. 284.

Arnold und Johann von Manderscheid, die sich in der Stadt Köln Gewaltthätigkeiten gegen einen Knappen des Abtes von Himmenrode erlaubt hatten und desswegen in städtisches Gefängniss gebracht worden, söhnen sich bezüglich dieser Vorgänge mit der Stadt aus. 1345, 1. December.

Wir Arnolt inde Johan van Manderscheit, sůene herin Wilhems heirren van Manderscheit, doin wissen alle dyegiene, die dysen brief anesient ind hörent leesin, zů kuntschaf ewiger gainzer wairheyt, dat wir semenclichen vur uns, alle unse vrůnt ind maege mit der stat ind den bůrgerin van Koellen gemeynlichin as van deme uploiffe, dye overmitz uns binnen naichts in Koelne geschaich an knappen des abtz van Hemmenroyde, den wir veyncgen, damyt ind daane wir dadin ind verbrůychden wieder vryheyt der stede van Koelne, ind umbe der brůychgen wille wir van geheisse ind willen Friederichs des proistz ůns brůders ind ander unser vrůnde geyncgen in slos der steede van Kolne eylencligen ind zemale gesat, verslycht syn ind geinzlichen gesoint, der söenen wir uns belöyven mit sůlgenen vurwordin, dat wir vur uns, alle unse vrůynt ind maege reichte gainze urveede gedain hain ind gesworen up den heiligen, die wir lyflichen geroirt hain, also dat wir noch sy dit vursprochin gevencknysse ind so wat danave rorende is an der stat noch an den bůrgeren van Kolne sůnderlichen of semenclichen an irme lyve noch an gůde heymelichin noch offenbair aichtermailz wreichgen en sulin, sy ze krencken of zů besweren eingerhande wys, noch dat seilft in sal doin eyman anders van unsen weegin. Oich en sulin wir intgeyn dye stat ind dye bůrgere van Kolne sůnderlichin noch semencligen ůmmerme gedoin mit wordin noch mit werkin, als wir dat geloift hain stede ze halden under den vursprochin unsen eydin. Mer wir sůlen die stat ind dye bůrgere van Koelne aichtermailz up allen steedin erin, mynnen ind vůyrderen na al unser maicht ind můgen sunder alrehande arglist. Dis zů eyme ůrkunde ind ewiger stedicheyt alle der vursprochinre dincge ind sachgen, want wir zo dysen zyden geyne sygele in haven, so hain wir gebeydin eydele lůde herin Wilhem heirre van Manderscheit unsen vader vurgenant, herin Dederiche Loyf van Dollendorp, Wilhem ind Fryederiche den proist, unse brůdere, dat sy ire ingesygele vur uns ind vur sych an dysen brief heincgen. Ind wir Wilhem heirre

van Manderscheyt, Dederich Loif van Dollendorp, Wilheym ind Fryede- 1345
rich proist hie vurgenoympt beloyven ind bedancken uns sunderlichen diser soenen, so wey id vurgereyd is mit sulgenen vurworden, dat noch wir Wilhem herre van Manderscheyt, Wilhem ind Fryederich, sine soene, noch unse ervin, noch eiman anders van unsen weeghin of van iren wegin dit geveincknisse an der stat ind an den bürgerin van Koelne sunderlichen of semenclichen noch an irme lyve noch an gûde aichtermails wreichgen in sûlen noch eynghe vorderûncge danave wider sy haven. Dis zû eime gezûiche ind meirre stedicheyt so hain wir vur uns unse ingesygele eyne mit sygele herin Dederichs Loifs vurgenant zo sunderlicher beedin Arnoiltz ind Johans vurgenant gehancgen an disen brief, de gegevin is ind gescrevin des dûnristays na sente Andreis daeghe des apostolin, int iar uns herrin dusent drûhundert in deme vûnfeindvierzychstime iaire.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das erste Siegel, ein schief geschobener Querbalken im Felde, hat die Umschrift: S. dni Wilhelmi de Manderschit militis, das zweite, ein Löwe auf der Brust eines Adlers: S. dni. Thci Loyf de Gladebach, das dritte, der Querbalken des ersten Siegels mit einem schräg durchgehenden Pfeil: S. Wilh....

Nr. 285.

Verordnungen bezüglich des Holzunterkaufs, des Mahlzolles, der Turniere, des Speerhandels und der Verkaufsstände in der Bechergasse. — 1345.

In den iaren uns herren duysent druhundert vunfindviertzich wart diese underschreven punte oevermitz unse herren vanme raide oeverdragen:

It sy kunt, dat unse herren vanme raide haent oeverdragen, willent ind gebiedent, dat egeyn underkeuffer, de hoiltz pliet zo verkouffen, me neymen sall noch genyessen vur noch na, noch nyeman van synen weigen mit eyngerkunne behentgheit dan dry pennynge van der marcke, der sall tzwene pennynge gheven, de dat hoiltz verkoift, ind eynen pennynck, de dat hoiltz gilt. So we herweder deit ind als ducke als dat geschuyt, so gilt hee eyne marcke zo boissen, der sall eyn dirdeil vallen dem, de dat meldt, ind die andere zwey deill dem raide, de zer zyt is; en mach hee der marcke nyet betzalen, so sall hee lygen in der steede sloss als lange, bis hee die betzailt.

It sy kunt, dat unse herren vanme raide gunnen den toelleneren, die des mailtoltz[1]) warden vur den portzen, wen sy off yre gesynde van

[1]) mailtol = Mahlzoll.

1345 yren weigen vragent, de broit off meyle her in die stat brengt off deit brengen, off id syn sy, ind hee dan spricht ia, van deme soilen sy off yre gesynde dan neymen yren bescheidin gewoenligen toll; leûnt hee is ind untfirnt hee den toll ind volgt yem dan na, so sall hee dan dat broit off meyle zomail verloiren hain.

It sy kunt, dat unse herren vanme raide haent oeverdragen umb des besten wille der herren, rittere, knapen vanme lande ind unse burgere ind willent ind gebiedent: so wanne man eyne tafelronge roeft upme aldenmarte zo stechen, dat dan eyn yecklich wirde ind wyrdynne, da rydende lude off varinde lude uss ind in wandelent, sall tzwa karren mystz dan gheven up die bane demghiene, den der rait darby schickt, als hee is gesynnet, ind als man en boyven mûren sticht, so sall mallich gheven eyne karre; so we dis nyet en dede, de sall gheven zo boissen as manche marcke, as manche karre hee versuymde.

Vort haent unse herren ouch oeverdragen umb des wille der herren, rittere, knapen vanme lande ind unsen burgere ind willent ernstlich ind gebiedent, dat so we sper veil hait ind sich damit geneyrt, hee sy man off vrauwe, dat de en geyn sper bynnen Coelne sall verkouffen noch en buyssen Coelne verkouffen noch voeren, senden noch doin voeren, gheven noch machen noch nyemant van synen weigen mit eyngerkunne behentgheit off varwe, dat langer sy dan der steede maisse; so we herweder deit, de gilt umber van dem sper 3 schilling zo boissen ind als ducke he id deit.

It sy kunt, dat unse herren haent oeverdragen, willent ind gebiedent, dat so we eynen disch, banck, schrage off taiffel setzt off deit setzen in die straisse in die beggergasse van deme orde des huyss zome schayntzavel off da beneyven off untghain oever ind alda yet verkoeft off deit verkouffen, de gilt alle dage 6 schilling zo boissen ind als ducke dat geschuyt, ind sall der rait, de zer zyt is, allweige darby schicken, die dat bewaren ind dat in der Lyntgassen.

Aus einem Fascikel eines Eidbuches im Stadt-Archiv.

Nr. 286.

Sechs Altaristen des St. Ursulastiftes erklären, dass sie und ihre Nachfolger verpflichtet sind, alle Jahre den Tag nach Palmsonntag drei Malter Weizenbrod an eilf Spitäler zu vertheilen.

1346, 8. April.

Universis presens scriptum visuris nos Gerardus sancti Johannis Baptiste, Johannes sancte Agnetis in choro dominorum, Henricus sancte

Cordule, Theodericus sancti Udelrici, Johannes beate Marie et Johannes 1346
sancte crucis altarium in ecclesia sanctarum undecim millium Virginum Coloniensi rectores sacerdotes notum facimus, quod nos et in dictis altaribus nobis successuri tenebimur communiter et sub pena suspensionis ab officio divinorum et excommunicationis per reverendum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Walramum archiepiscopum Coloniensem in nos et quemlibet nostrum ac etiam successores nostros pro tempore dictorum altarium rectores inscriptos competenti monitione premissa latis sententiis simus firmiter obligati ob salutem et remedium animarum bone memorie dominarum venerabilium quondam Lyse de Westerburg et Elizabeth de Virnenburg, abbatissarum dum viverent successive in ecclesia sanctarum Virginum antedicta, propter bona quedam utilia et spiritualia, que ex parte predictarum abbatissarum predictis nostris altaribus collata sunt, singulis annis in crastino palmarum tria maldra siliginii panis pisti per pistrinum dicte ecclesie sanctarum virginum procurare, ita videlicet, quod cuilibet hospitalium infrascriptorum, scilicet omnium Sanctorum in monticulo ac sanctorum Gereonis, Andree, Martini, Panthaleonis, Marie in Capitolio et Agnetis in novo foro et in vico honoris, necnon in Tuitio, et ad leprosos extra civitatem Coloniensem constitutorum unum sumbernum panis pisti, ac domui sancti Spiritus supra curiam Coloniensem dimidium maldrum panis pisti distribuemus et dabimus, seu distribui et dari faciemus nostris laboribus et expensis, et ad predictum pistrinum magistri seu procuratores cuiuslibet dictorum hospitalium et domus sancti Spiritus aut eorum certi et noti nuntii singulis annis in crastino palmarum predicto venient coniunctim vel divisim elemosinas huiusmodi ad pauperum in huiusmodi hospitalibus degentium usus recepturi presentesque litteras ostensuri. In cuius rei testimonium nos Gerardus sancti Johannis Baptiste et Henricus sancte Cordule altarium rectores predicti sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Nos etiam Johannes sancte Agnetis, Theodericus sancti Udelrici, Johannes sancte Marie et Johannes sancte crucis altarium rectores antedicti sub sigillis dominorum Gerardi et Henrici prefatorum premissa protestamur esse vera.

Datum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, in vigilia palmarum.

Nach dem Original im Archiv der Armenverwaltung. Die Siegel abgefallen.

Nr. 287.

1346 **Die Lombarden Daniel Ottinus und Bonifacius Gardinus geben die eidliche Zusicherung, dass sie keinerlei Ansprüche gegen die Stadt Köln auf Grund etwaiger Schuldbriefe erheben werden. 1346, 6. Juni.**

Universis et singulis, ad quorum notitiam presentes littere fuerint deducte, nos Daniel Ottinus et Bonefacius Gardinus Lumbardi mercatores cupimus fore notum, quod promisimus pro nobis nostrisque sociis et omnibus, quorum interest vel interesse poterit in futurum, ac bona fide prestita corporali promittimus in hiis scriptis viris prudentibus et honorabilibus dominis consulibus civitatis Coloniensis: si nos vel aliquem alium, cuius interesset, aliquas litteras ex parte dicte civitatis Coloniensis traditas nobis vel collatas eius sigillo maiori vel minori sigillatas, quecunque ille fuerint, in posterum contigerit reperiri, cum hiis vel de hiis litteris nullam excitabimus requisitionem, nec quevis requisitio debebit aliqualiter suboriri, heeque littere nullum vigorem vel roboris firmitatem, quibus presentibus pure renunciamus, de cetero obtinebunt, omni fraude et dolo mali ac omni iuris et facti auxilio canonici et civilis penitus in hiis amotis. In cuius rei testimonium sigilla nostra pro nobis nostrisque sociis et omnibus, quorum interest, presentibus litteris sunt appensa.

Datum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, feria tertia penthecostes.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das erste Siegel abgefallen, das zweite, ein zweigetheilter Schild, oben drei Sterne, unten drei Pfähle, hat die Umschrift: S. Bonifazii Gardini.

Nr. 288.

Dietrich Schynman, genannt Ouwe Herr von Veynau, wird Edelbürger der Stadt Köln. — 1346, 16. Juni.

Das Original, gleichlautend mit den bereits abgedruckten Edelbürgerbriefen, im Stadt-Archiv. Das Siegel der Stadt Köln gut erhalten. Das Siegel Dietrich's, das Feld durch einen Querbalken getheilt, oben ein Leopard, hat die Umschrift: S. Scinmanni de Aldihove militis.

Nr. 289.

Ludolf Vogt von Bornheim bescheinigt, dass ihm die von seiner Schwiegermutter versprochenen 2000 Mark Heirathsgabe bezahlt worden, und verzichtet zu Gunsten seiner Schwiegermutter auf jede ihm von seinem Schwiegervater zustehende Erbschaft. 1346

1346, 9. October.

Universis presentia percepturis ego Ludolphus advocatus in Bůrnheym miles notum facio presentibus publice protestando, quod ego una cum Lora uxore mea legitima renunciavi et renuncio per presentes super duobus milibus marcarum denariorum pagamenti Colonie usualis communiter pro tempore et dativi, quas mea socrus domina Lora de Hůnone civis Coloniensis michi promisit cum filia sua Lora uxore mea predicta in et propter donationem nuptiarum et super fideiussores omnes et singulos michi per dictam socrum meam pro memorata pecunia constitutos, recognoscentes nobis ambobus de predicta pecunia per ipsam dominam Loram integraliter ad nostram voluntatem et profectum esse satisfactum, proclamando eam de huiusmodi pecunia quitam et solutam et nostros fideiussores de eorum fideiussione quitos penitus et solutos. Item super omnes hereditates prefate mee uxori ex morte bone memorie Hermanni Hirmelin dicti de Hůnone sui patris cessas et devolutas, et que in futurum sibi cedere possent ex morte domine Lore sue matris prefate et super omne, quod dicte uxori mee cessum est, tam infra Coloniam quam extra usque in diem presentem, renunciavi et renuncio presentibus una cum eadem Lora uxore mea pure, simpliciter et de plano ad manus dicte socrus mee domine Lore, promittimus ambo bona fide, quod super huiusmodi bonis de cetero nullam actionem, impetitionem, requisitionem neque gravamen prefate domine Lore faciemus nec procurabimus fieri coniunctim nec divisim, nec aliquis nomine nostro, subtilitate aliqua, ingenio vel colore, fraude et dolo mali exclusis prorsus in premissis et quolibet eorundem. In quorum omnium testimonium sigillum mei Ludolphi advocati predicti, quo ego Lora eius uxor legitima utor in hiis et contenter recognoscens eadem, prout supra narrata sunt, omnia esse vera, presentibus est appensum, una cum sigillis prudentum et honestorum virorum dominorum Gotschalci Overstolz magistri reddituum civitatis et Johannis eius fratris militis, scabinorum Coloniensium, pro nobis et ad preces nostras instantes hiis litteris appensis, quod nos Gotschalcus magister reddituum et Johannes eius frater miles dicti Overstolz scabini iamdicti recognoscimus esse verum.

1346 Datum ipso die beati Dionysii martiris, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel Ludolf's, ein gegitterter Querbalken im Felde, hat die Umschrift: S. Lodolfi ... in Born...

Nr. 290.

Asplanus von Holtorp tritt in dauernden Dienst der Stadt Köln und verpflichtet sich, in Allem das Beste derselben zu wahren. 1347, 9. Januar.

Ego Asplanus de Holtorpe decanus ecclesie Wildeshusensis Osnaburgensis dioecesis presentibus firmiter protestor, quod honesti et prudentes viri domini iudices, scabini et consules civitatis Coloniensis me in eorum servitio existentem tam favorabiliter et honeste tractaverunt, quod ipsis et eorum cuilibet nunquam possum nec sufficio ad plenum regratiari, et ne videar beneficii mihi per eos impensi immemor, me constituo eorum clericum et perpetuum servitorem et eisdem promisi ac in hiis scriptis promitto bona fide loco iuramenti, quod paratus ero, cum nomine ipsorum requisitus fuero, vel cum ipsi mihi hoc scripserint, quod ad eos venire debeam, ipsis et civitati Coloniensi toto posse meo in quibuscunque causis eos et civitatem Coloniensem tangentibus utilius et melius eorum in quocunquemodo potero et scivero consulere et ad eos ubicunque locorum fuero venire et ipsis servire bona fide, omni dolo et fraude exclusis penitus in premissis et quolibet premissorum. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus duxi apponendum.

Datum Colonie anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, feria secunda post festum epiphanie domini.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel, ein gezinntes Thor, hat die Umschrift: S. Asplani de Holtorpe.

Nr. 291.

Das Kloster Weiher stellt einen Revers aus, dass es der Stadt Köln zustehe, jeder Zeit die ihm zugestandene Accisefreiheit zu widerrufen. 1347, 5. Februar.

Wir Elysabeth van goitz genaden meistersse, Sophie priorsse ind dat gemeyne convent van dem Wyer buyssen der steede muren van Coelne doin kunt allen luden, die diesen brieff sient ind hoerent leesen, dat want die wyse ersame herren die richtere, scheffen ind räit der steede

van Coelne umb sunderlinge gunst ind gnade, der wir uns allweige beloyven, uns zo unsme broide unss conventz vier malder korns ind nyet me, id sy weys off rogge, wechlich van dieser zyt vort tollvry haent gegheven vur yrre steede müren, so bekennen wir oevermitz diesen brieff, dat die vurgenante herren, so wanne ind in wilcher zyt sy willent, die gunst, die uns van yn geschiet is, als vurschreven steit, sunder unse off unss conventz wederspraiche off zorn moigen wederroiffen, uns ind unsme convence nyet me rechtz dan daan zo haven, alle argelist ind quade behentgheit sy afgescheiden. Ind dis ze eyme urkunde hain wir van unsen rechter wist unss conventz gemeyne siegel an diesen brieff gehangen. 1347

1350 dat sy van der ander partyen darumb gemaint wirt, die sich verbunden sal mit synen bryeven inde intgesegel zû allen den ind in alle der formen inde manyren, so wye der ander sich verbunden hadde, in des stat hei gesat wirt, ain alrehande argelist. Ind wilche partye van uns dit nyet en dede ind daane bruchlich were, so solen gysele der partyen, die da bruchlich were, so wanne sy des gemaint werdent, die unse en bynnen die stat van Coelne ind die andere gysele unsen burgeren inde der stat van Coelne bynnen eyne van den seys mataiten vurscheven, darin wir sy manen, doin invaren mit irs selvis lyve inde blyven alda, as lancge bis eyn ander gysel of geswoyren nay alle den vurwerden ast vurscheven steit in des avegainden stat gesat werde, ain alrehande argelist. Ouch ist gevurwert tusschen uns inde den vursprochen unsen burgeren ind der stat van Coelne, dat of unse of yre geswoyren of gysele vur eynich gebrech nay deme dat vurscheven is ingemaint of inkomen weren ind wir aflivich wurden, so wanne wir aflivich worden syn, so solen die vursprochen geswoyren ind gysele van beyden syden, umb watkunne bruche dat sy inquemen of gemaint weren, irs gelofnisse ind irs verbuntnisse los inde quyt syn ain alrehande argelist. Ouch so ergien wir des, dat wir gesichert inde geswoyren hain up dem heiligen evangelio, alle die vursprochen punte stede inde unverbruchlich zû halden ind darweder nyet ze doin eyngerhande wys, ain alrehande argelist. Dis zû eyme urkunde inde zû eynre stedicheit, so hain wir unse ingesegel van unser reichter wissentheit ain desen brief doin hancgen ind hain ouch gebeiden die eydele luyde, unse mage inde man Syfride greven van Wyetghensteyn inde Lodowich herre van Randenroide, dat sy yre intgesiegele zû eyme urkunde inde stedicheit an diesen brief hain doin hancgen. Ind wir Syfrid greve van Wyetghensteyn ind Lodowich herre van Randenroyde vurgenant ergien des, dat wir unse intgesiegele zû eyme urkunde inde stedicheit alle deser dyncge umb beiden wille uns heren heren Wilhelms des erntzhenbusschof van Coelne vurscheven ain diesen brief hain doin hancgen, ind wir Johan herre van Saffenberg, Henrich van Syntzge herre zû Arendale, Aylf genant Rûever van Wevelkoyven hovemeistere, Gobel Jûede ridder, Costyn van Lysenkirchen scheffen inde Everart Hardevuyst in Ryngassen, geswoyren vurgenant, ergien des, dat alle die vursprochen punt wair synt ind also gedadincgt, ind ergien ouch des, dat wir geswoyren hain zû den heilgen, de wir lyflichen gerûert hain, dat wir as geswoyren stede halden sûelen inde volvûeren ind wir uns dartzû verbunden in alle der formen inde wysen, ast davur van uns gescheven steit. Ind herumb zû eyme urkunde inde stedicheit so hain wir unse intgesegele an desen brief gehancgen. Ind wir Woulter

van Erpe, Herman van Roistorp, Johan inde Peter van Gymmenich, 1350
gebruedere, Henrich Rombelian van Vossem ind Henrich Schalle van Horbelle, rittere, Johan vanme Hirtze ritter, Johan Overstoiltz in Viltzengraven, Wernere vanme Spiegele, Johan vanme Horne, Mathys Quattermart, riddere inde scheffen, Dyederich vanme Hirtze scheffen zů Coelne, gysele vurgenant, ergien des in diesen entghawordigen bryeve, dat alle die vursprochen punte inde vurwerde wair synt ind also gedadyncgt, ind dat wir uns dartzů verbunden hain inde verbunden inde gesichert in geloyft hain in gůeden truwen, die stede zů halden in alle der wys, ast van uns vurscrheven steyt, ain alrehande argelist. Ind des zů eyme urkunde so hain wir unse intgesiegele an diesen brief gehancgen. Ind wir richtere, scheffene, rait inde gemeyne burgere van Coelne ergien des in disme entghainwordigen bryeve, dat alle die vursprochen vurwerde wair synt ind also gedadincgt, ind hain uns dartzů verbunden, dat wir die stede halden willen, ind haint unse burgermeistere van unsen geheisse gesichert inde geswoyren zů den heilgen, die sy lyflichen geroirt haint, vur uns ind die gemeyne burgere inde die stat van Coelne die vurscrheven punte inde vurwerden stede inde unverbruchlich zů halden in alle der formen inde wys, so wy et davur gescrheven steit, ain alrehande argelist.

Dis zů eyme urkunde inde stedicheit, so hain wir der steide intgesiegel van Coelne dat meiste ain diesen brief doin hancgen, die gegheyven is in den iaren uns heren duysent druhondert ind vumftzich, up sente Matheus avent des heiligen apostels inde evangelisten.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel des Erzbischofs gut erhalten, das Reitersiegel des Grafen von Witgenstein etwas verletzt, die übrigen Siegel alle gut erhalten.

Nr. 322.

Erzbischof Wilhelm und die Stadt Köln einigen sich dahin, dass die Ansprüche, welche wegen der im Stift und in der Stadt Köln erschlagenen Juden erhoben werden möchten, durch einen eigens angeordneten Rath geschlichtet, nöthigen Falles mit Gewalt abgeschlagen werden sollen; die Hälfte des Nachlasses der stadtkölnischen Juden spricht der Erzbischof der Stadt zu. — 1350, 23. September.

Abgedruckt bei Lacomblet III, 489, nach dem Original im Stadt-Archiv. Die Siegel des Erzbischofs, des Grafen Siegfried von Witgenstein, des Herrn Ludwig von Randerath (schachbrettähnliches Feld, Umschrift: S. Ludewici domini de Randenrode) und der Stadt gut erhalten.

Nr. 323.

1350 **Der Rath der Stadt Köln bevollmächtigt den Ritter Johann vom Horne, das städtische Interesse vor dem Erzbischof Wilhelm bezüglich der Milderung gewisser Synodalstatuten zu vertreten.**
1350, 8. November.

Universis presentes litteras visuris seu audituris pateat evidenter, quod nos iudices, scabini, consules ceterique cives civitatis Coloniensis fecimus, constituimus et ordinavimus ac tenore presentium facimus, constituimus et ordinamus strenuum virum dominum Johannem de Cornu militem, scabinum nostrum, concivem dilectum nostrum, verum et legitimum syndicum, procuratorem, actorem, defensorem et nuncium specialem ad representandum se et comparendum pro nobis et civitate Coloniensi coram reverendo in Christo patre ac domino domino Wilhelmo sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo, eius officiali vel alio commissario dato seu dando, et dicendum, allegandum, proponendum et protestandum nomine nostro, coniunctim et divisim, quod in ecclesia, civitate et dyocesi Coloniensi quedam statuta synodalia seu provincialia fore noscuntur, in quibus inter alia continetur, quod violantes emunitatem seu dotes ecclesiarum ac iniectores manuum in clericos necnon invasores, spoliatores et raptores bonorum et rerum ecclesiarum vel ecclesiasticarum personarum ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, et si plures fuerint vel iudex secularis huiusmodi violentiam fecerit, locus, in quo tales domicilium habuerint, ipso facto ecclesiastico subiaceat interdicto, et in loco etiam, ubi emunitas lesa fuerit, cessetur protinus a divinis, et quod quilibet locus, ad quem predones, raptores et invasores huiusmodi pervenerint seu preda, spolium vel rapina deducta vel ubi preda consumpta ipsius fuerint, ipso facta ecclesiastico sit suppositus interdicto, et quamdiu ibi malefactores huiusmodi vel preda, spolium seu rapina vel ipsius emptor fuerit, cessetur etiam a divinis, et si per triduum ibi steterint, licet extunc recesserint vel ad alia loca se transtulerint vel preda seu spolium alibi deductum fuerit, nihilominus parrochia seu locus, in quo triduo remanserint vel ubi preda consumpta fuerit, extunc subiaceat interdicto; et etiam ad dicendum, allegandum et proponendum coram eodem reverendo patre domino archiepiscopo, eius officiali vel commissario dato vel dando, coniunctim vel divisim, quod civitas Coloniensis sit plurimum spaciosa et multas habeat parrochias et quod ad eam magnates et potentes istarum partium cotidie confluunt quodque propter eorum potentiam non poterimus huiusmodi delinquentes sine magno scandalo et periculo evitare seu ipsos in civi-

tate existentes de civitate repellere tam pro commissis huiusmodi in 1350
aliqua parrochia civitatis quam pro excessibus extra commissis, et quod etiam propter huiusmodi interdictum et cessationem divinorum, que frequenter in eadem civitate contingunt, diminutio fidei animarumque pericula et frequenter inter clerum et populum dicte civitatis Coloniensis dissentiones et scandala plurima subsecuntur, et quod olim felicis recordationis dominus Johannes papa vicesimus secundus ad evitandum periculum et scandala supradicta mandaverat domino archiepiscopo Coloniensi, qui tunc erat, ut statuta huiusmodi taliter temperaret, quod ex singulari delicto in una parte civitatis commisso tota predicta civitas non subiaceret huiusmodi interdicto, et quod pena non extenderetur extra parrochiam, in qua fuisset maleficium perpetratum; et ad insinuandum et notificandum omnia et singula premissa eidem reverendo patri domino archiepiscopo, eius officiali vel commissario dato vel dando, et ab ipsis coniunctim seu divisim supplicandum, petendum et optinendum, oretenus vel in scriptis, quod idem reverendus pater dominus archiepiscopus Coloniensis, eius officialis vel commissarius ad hoc specialiter deputatus vel deputandus, huiusmodi statuta sic dignetur mitigare vel facere mitigari per eius commissarium ad hoc deputatum seu deputandum, quod si in aliqua parrochia eiusdem civitatis Coloniensis emunitatem ecclesie violari aut invasiones, rapinas vel predas huiusmodi perpetrari contingat, parrochia ipsa dumtaxat predicto subiaceat interdicto, et quod in ipsis vel in aliis quibuscumque casibus supradictis penis et statutis predictis ipsa totalis civitas Coloniensis non ligetur; et ad presentandum eidem domino archiepiscopo Coloniensi quamdam litteram bullatam clausam, que eidem domino archiepiscopo Coloniensi est directa super huiusmodi mitigatione statutorum facienda, et ad petendum, audiendum et recipiendum responsionem ab eodem domino archiepiscopo Coloniensi super littera bullata et petitione supradictis, et ad protestandum etiam sub quibuscumque modo et forma, prout eidem procuratori nostro videbitur expedire, et generaliter omnia et singula faciendum et exercendum, que verus et legitimus procurator facere potest et debet et que circa premissa vel eorum aliquid necessaria fuerint vel oportuna, etiam si mandatum exigant speciale, promittentes nos gratum et ratum perpetuis temporibus habituros, quicquid per dictum nostrum procuratorem actum, gestum et procuratum fuerit in premissis seu quolibet permissorum. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum ad causas presentibus duximus apponendum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, in octavis festi omnium sanctorum.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel sehr verletzt.

Nr. 324.

1350 **Erzbischof Wilhelm erklärt, dass gemäss hergebrachter Gewohnheit ein Prior, der auf seine Würde verzichtet und wieder einfacher Canonicus wird, zum Besuch des Chores disciplinarisch nicht angehalten werden kann. — 1350, 20. December.**

Wilhelmus[1]) dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri Romani imperii per Italiam archicancellarius, universis et singulis collegiis ecclesiarum secularium nostrarum civitatis et dioecesis et aliis, quos in futurum negotium tanget vel tangere poterit salutem in domino sempiternam. Ex paterna astringimur sollicitudine decorem ecclesiastice honestatis consuetudines laudabiles prelatorum nostrorum civitatis et dioecesis, precipue priorum nostrorum Coloniensium in statu solito conservare. Ex parte itaque priorum nostrorum Coloniensium nobis exponentium, quod ab olim de consuetudine antiqua et laudabili fuit observatum, quod si aliquem prepositum, decanum seu alium de prioribus Coloniensibus suam contingat permutare dignitatem vel resignare et eum simplicem canonicum prebendatum in ecclesia, in qua prelatus fuerat, remanere, ipse tamen ob reverentiam status sui prioris liber esse debeat a disciplina capitulari et chori frequentatione et nichilominus fructus prebende sue, presentias et alias obventiones quascumque sive in choro sive in capitulo, in ecclesia vel extra, sicut alter ex canonicis illius ecclesie, qui quotidie presens fuerit, absque aliqua diminutione integraliter percipere. Et ne huiusmodi consuetudo in ecclesiis illis, in quibus forte quod talis casus multis annis elapsis non contingebat non est visa, in dubium posset ab aliquibus in posterum revocari, extitit supplicatum, quatenus prefatam consuetudinem approbare et confirmare et eam in statu suo conservare dignaremur, nos ipsorum iustis precibus inclinati prefatam consuetudinem tanquam rationabilem et honestam auctoritate nostra ordinaria approbamus et confirmamus, declarantes et volentes ipsam ad omnes ecclesias nostrarum civitatum et dioecesis, in quibus tales priores existunt, extendi ac ipsam in eis debere firmiter observari, sicut in aliquibus ecclesiis extitit observatum, mandantes universis et singulis collegiis et personis in eis existentibus hoc presens negotium tangentibus, ut ipsam consuetudinem, quando et quoties occurretur, studeant in suis ecclesiis inviolabiliter observare, alioquin in omnes et singulos huic nostro mandato rebelles et contra ipsam

[1]) Die Handschrift hat Walramus; Walram war aber schon am 14. Aug. 1349 gestorben und am 1. Nov. 1349 war ihm Wilhelm gefolgt.

consuetudinem facientes vel aliquid in contrarium directe vel indirecte quovis ad hoc quesito colore procurantes sex dierum monitione premissa excommunicationis sententiam ex nunc prout ex tunc ferimus in hiis scriptis, quam ipsos et quemlibet ipsorum incurrere propter hoc volumus ipso facto. 1351

Datum anno domini 1350, in vigilia beati Thome apostoli.

Aus Gelenii farr. t. XVI, Nr. 35.

Nr. 325.

Erzbischof Wilhelm bestätigt dem Kölner Clerus seine alten Rechte und Freiheiten und ertheilt ihm einzelne neue. 1351, 2. Februar.

Abgedruckt bei Lacomblet III, 493, nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel ziemlich erhalten.

Nr. 326.

Der Rath erklärt sich dagegen, dass der Afterdechant aus seinem Hause auf der Marzellenstrasse eine Emunität gemacht und in der Trankgasse einen Thorbau begonnen habe. — 1351, 8. März.

Id sy kont, dat unse herren vanme rayde oeverdragen haent: want der achterdechen vanme doyme van syme huyse up marcellistraissen geleigen hait emûnitate doyn machen, dat vûr nyet matate en was, dat man alltzyt werven sall an unsme herren deme ertzenbusschof van Colne, dat hee dat doe wederdoyn, vort dat man ouch altzyt werven ind weiren sal, dat de portze, de derselve achterdechen hait begont zo machen in der dranckgassen, dat de nyet voyrder gemacht noch gebuwet en werde, mar dat de entligen affkome ind dat geyne heultzen portze darvur en kome.

Datum anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo uno, feria tertia post Invocavit.

Aus dem Statutenbuch Mscr. A IV, 11.

Nr. 327.

1351 **Erzbischof Wilhelm von Köln, Herzog Johann von Lothringen und Brabant und dessen Sohn Godart, sowie die Städte Köln und Achen schliessen einen Landfrieden, der zehn Jahre dauern soll, und ein Schutzbündniss für das Gebiet zwischen Maas und Rhein, von Andernach bis Xanten. — Köln, 1351, 13. Mai.**

Abgedruckt bei Lacomblet III, 496, nach dem Original im Stadt-Archiv. An der Seite der vier Fuss langen Urkunde hangen das kleine Siegel des Erzbischofs Wilhelm, das kleine Siegel des Herzogs Johann, mit der Umschrift: S. Johis di gra. ducis Lothar. Brabant. et Lucburg., die Contrasiegel der Städte Köln und Achen, unten die Siegel des Erzbischofs Wilhelm, des Herzogs Johann, des Jungherzogs Godart, der Städte Köln, Achen, Andernach, Bonn, Neuss und Rheinberg.

Nr. 328.

Erzbischof Wilhelm fällt einen Schiedsspruch in einer Streitsache zwischen dem Dominikanerkloster und der Stadt Köln. 1351, 13. Juli.

Nos Wilhelmus dei gratia archiepiscopus Coloniensis, sacri imperii per Italiam archicancellarius, arbiter, arbitrator seu amicabilis compositor super litibus et controversiis inter dilectos fideles nostros iudices, scabinos, consules ceterosque cives Colonienses parte ex una et priorem ac fratres Predicatorum conventus et domus Coloniensis ex altera pendentibus communiter et concorditer electus, notum esse volumus universis presentes litteras visuris seu audituris, quod iudicibus, scabinis et consulibus predictis promisimus et per presentes promittimus, quod de bonis Predicatorum conventus et domus predictorum adhuc restantibus et vendendis fratri Henrico de Freysa eiusdem ordinis pro suis necessariis de scitu et voluntate ipsorum iudicum, scabinorum et consulum predictorum rationabiliter et competenter providebimus et provideri faciemus, ita tamen, quod ipse frater Henricus predicta provisione sibi facta ammodo conventum et domum predictos non intrabit stando, morando vel conservando aliqualiter in eisdem. Item promisimus et per presentes promittimus iudicibus, scabinis et consulibus antedictis, quod ordinabimus et efficiemus, quod fratres predicti ordinis, qui dicuntur interfuisse captivitati eiusdem fratris Henrici, et etiam fratres Jacobus dictus van der Windecghen et Wilhelmus dictus up der Bach eiusdem ordinis ipsam civitatem Coloniensem de cetero non intrabunt. Item circa diffidationes, captivitates et dampna, quas et que dicta civitas

Coloniensis incurrit occasione dissentionis inter predictas partes habite 1351
per nobiles et castellanos de Schonenbûrgh ac eorum complices procurabimus et faciemus, in quantum meliori modo poterimus, ipsius predicte civitatis et ipsorum civium profectum et honorem.

Datum sub sigillo nostro presentibus in testimoniis premissorum appenso anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, in crastino beate Marie Magdalene.

Per Sybertum notarium de mandato domini.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das kleine Siegel gut erhalten.

Nr. 329.

Schiedsspruch des Erzbischofs Wilhelm in den Streitigkeiten, welche zwischen der Stadt Köln und dem Dominikaner-Convent desswegen entstanden waren, weil letzterer die bezüglich der Bettelorden erlassenen Bestimmungen verletzt hatte. — Köln, 1351, 23. Juli.

Wilhelmus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, arbiter, arbitrator et amicabilis compositor ab infrascriptis partibus ad subscripta communiter et concorditer electus, universis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino cum notitia rei geste. Cum iamdudum dilectis fidelibus nostris consulibus civibus civitatis Coloniensis eiusdem civitatis, suo necnon iudicum, scabinorum ceterorumque civium Coloniensium nomine, proponentibus, quod prior et fratres Predicatorum domus Coloniensis et singulares fratres eiusdem domos, possessiones, census, pensiones et redditus perpetuos et usufructuales infra civitatem Coloniensem et leucam a civitate predicta circum-circa passim acquirerent et reciperent [1]), ex quo si invalescerit talis usus, ut dicebant pertimuerunt [2]) predicte sue civitati et reipublice eiusdem paulisper detrimentum et grave preiudicium posse generari, et ex eo pretextu ipsos priorem et fratres predictos, ut domos, possessiones, census, pensiones et redditus huiusmodi extra manus suas ponere et a retentione eorum in antea abstinere vellent, amicabiliter requirentibus ipsisque priore et fratribus predictis tunc voluntati et beneplacito dictorum consulum se aliqualiter in hiis coaptare nolentibus et renuentibus, demum inter eos hincinde super huiusmodi surrexit materia questionis et nunc inspirante favore illius, sine cuius assistente gratia nihil boni poterit consummari, ipseque partes ambe predicte,

[1]) Die Handschrift hat reciperint.
[2]) Die Handschrift hat pertinerent.

1351 videlicet prior et conventus predicti ex certa scientia ac libera et spontanea voluntate et accedente concordi et unanimi consensu omnium et singulorum fratrum, qui ad hoc consentire poterant, habuerunt seu debebant nomine domus sue sive conventus Coloniensis ex una et prefati consules predicte sue civitatis suo necnon iudicum, scabinorum ceterorumque civium Coloniensium nomine parte ex altera paci et concordi attendere volentes super huiusmodi et aliis quibuscumque inter eas partes usque in diem presentem tam in curia Romana quam extra versis causis, litibus, questionibus et querelis et ex eis emergentibus, dependentibus et annexis omnibus et singulis in nos tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem ab eis communiter et concorditer electum compromiserunt sub penis et formis et compromisso super hoc ab eisdem partibus in nos facto et per notarium publicum subscriptum conscripto et suo signo solito signato, cuius etiam tenor de verbo ad verbum subsequitur in hec verba: In nomine domini amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, indictione quarta, mensis Junii die vicesima secunda, hora vesperarum vel quasi constituti propter hoc personaliter in presentia mei notarii publici et testium infrascriptorum religiosi viri et fratres Bruno prior et Godeschalcus de Kirdorp, ordinis predicatorum conventus et domus Coloniensis, pro se et nomine procuratorio dicti conventus ex parte una et strenuus ac honestus vir dominus Johannes de Cornu miles, scabinus Coloniensis pro se et nomine procuratorio prudentum et discretorum virorum iudicum, scabinorum, consulum ceterorumque civium civitatis Coloniensis ex altera, unusquisque videlicet dictorum procuratorum virtute seu vigore mandati procuratorii sui, cuius tenor de verbo ad verbum subscribitur, super omnibus et singulis causis tam principalibus quam appellationum litibus, querelis, dissentionibus, iniuriis et controversiis inter dictas partes et quoscumque alios eis et eorum alteri adherentes coniunctim et divisim subortis, motis et habitis usque in presentem diem necnon super universis et singulis dependentibus et incidentibus et emergentibus ex eisdem compromiserunt in reverendissimum patrem et dominum meum dominum Wilhelmum archiepiscopum Coloniensem tamquam in arbitratorem et amicabilem compositorem, ita quod quidquid ipse inter easdem partes pro amicitia seu amicabili compositione ordinaverit, statuerit, dictaverit, pronunciaverit aut declaraverit in scriptis vel sine scriptis, diebus feriatis vel non feriatis, stando vel sedendo, partibus presentibus vel absentibus, vocatis vel non vocatis, iuris ordine in parte vel in toto servato vel non servato, cum scitu dictarum partium vel sine scitu, hoc dicti procuratores partium predictarum quilibet procuratorio nomine partis sue promiserunt mihi notario tamquam persone publice stipulanti

pro se et dictis dominis suis ac nomine omnium, quorum interest seu 1351
interesse poterit quomodolibet, in futurum ratum tenere perpetuo atque firmum et non contravenire vel facere aliqua arte, ingenio sive dolo sub pena et periculo cause et causarum predictarum necnon mille clippeatorum aureorum bonorum et regalium, quos pars in parte vel in toto infringens compositionem seu pronunciationem dicti domini mei archiepiscopi ipso facto tenebitur, dabit et persolvet parti observanti. Tenor vero procuratorii seu mandati dictorum fratrum predicatorum, de quo supra fit mentio, talis est: In nomine domini amen. Anno a nativitate eiusdem domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, indictione quarta, mensis maii die vicesima, hora quasi tertiarum in domo appellata domus Predicatorum conventus Coloniensis, sita in oppido Bunnensi in vico appellato in der Burch, in parrochia sancti Remigii Bunnensis, in presentia mei publici notarii infrascripti et testium infrascriptorum congregati viri religiosi et discreti fratres Bruno dictus Overstolz prior conventualis et Theodericus de Traiecto inferiori, Henricus Scherfgin, Godeschalcus de Kirdorp, Conradus Pollenus, Syfridus de Nussia, Johannes de Valkenberg, Gerardus Vulprůym, Johannes de Duren, Petrus de Lechenich, Philippus de Duren, Johannes Hoytlin, Henricus de Lisenkirchen, Johannes de Foro-Grecorum, Gobelinus de Duren, Johannes de Foro-feni, Jacobus de Lintgassen, Jacobus de Wyndecken, Wilhelmus de Ripa, Hermannus de Busco, Nicolaus de Ripa, Goswinus de Moneta et Lambertus de Bodekaf, fratres conventuales domus Predicatorum Coloniensis, ut dicebant per dictum fratrem Gerardum Vulprůym publice omnium et singulorum nomine proloqui fecerunt, quod cum aliquibus annis retroactis procurante satore malorum orta fuerit lis et discordia adhuc durans inter viros prudentes et honestos dominos iudices, scabinos et consilium ac universitatem civitatis Coloniensis ex una parte et priorem et fratres conventus domus Predicatorum Coloniensis ex altera, sic quod ipsi fratres huius domus conventuales extunc domum huiusmodi derelinquerunt continuatim habentes eiusdem domus habitationem desertam usque presens tempus, sicut adhuc se habere reputant, et cum prefatus prior et fratres ipsius conventus et domus suorum nomine desiderent super eadem lite et discordia poni in pacem et concordiam cum eisdem civibus et reduci et pendente hac lite et discordia propter metum ipsorum iudicum, scabinorum, consilii ac universitatis non possint simul ipsi fratres commode ut asserunt Coloniam venire, prior predictus presentes fratres predictos conventus domus predicte existentes et inventos hiis diebus intra terminos sue predicte domus, intra quos de antiqua consuetudine, dum ardua huius sue domus et conventus negotia tractanda incumbebant, vocari et non extra consueve-

1351 runt ad locum presentem, ut in eo tamquam conventus prefate domus convenirent, vocari fecit, unde predicto priori et prefatis fratribus, qui voluerunt, potuerunt[1]) et debuerunt interesse, conventum sive capitulum sue prefate domus Coloniensis in hac parte se facere reputantibus, prehabitis quibusdam deliberatis inter se tractatibus super prefata lite et discordia sedandis placuit finaliter consensu communi nullo eorum penitus discrepante nomine conventus et domus sue prefatorum pro eis constituere procuratorem vel procuratores, et nichilominus constituerunt prefatos Brunonem priorem et fratrem Godeschalcum de Kirdorp et quemlibet eorum in solidum ad eligendum quamcumque seu quascumque personam seu personas ydoneam seu ydoneas, cuiuscumque dignitatis, conditionis seu status existant, unam seu plures et in eam seu in eas compromittendum tamquam in arbitrum, arbitratorem seu amicabilem compositorem aut arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores, et dederunt exnunc eisdem suis procuratoribus et cuilibet eorum potestatem et mandatum speciale dandi et transsumendi plenam et liberam potestatem suo et conventus et domus sue nomine, quam habere possent seu possunt arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores quicumque et obligandi se suo et conventus ac domus sue nomine sub quacumque pena et quantitate pecuniaria necnon sub fidei et iuramenti in eorum animas prestatione si et in quantum huiusmodi penas et fidei et iuramenti prestationes aut eorum alterum subire et promittere possunt de consuetudine in compromissarium seu compromissarios sic eligendum seu eligendos per huiusmodi procuratores suos seu eorum alterum nomine quo supra, ac omnia et singula huiusmodi arbitris, arbitratoribus seu amicabilibus compositoribus committendi pro ipsis priore et conventu nomine quo supra et in eos transsumendi, que necessaria et oportuna fuerint ad compositionem et concordiam ineundum, ipsis priori et fratribus nomine quo supra cum civibus prefatis Coloniensibus super prefatis lite et discordia ipsamque compositionem et concordiam firmandi et ratum faciendi et habendi, etiam quod iidem compromissarius seu compromissarii possint procedere virtute huiusmodi compromissi in eos sic faciendi in amicitia seu in iure aut partim amicabiliter et partim in iure et pronunciare in scriptis seu sine scriptis, partibus vocatis aut non vocatis, sollempnitatibus iuris salvatis seu non salvatis, necnon ad faciendum omnia et singula, que circa premissa fuerint opportuna, quandocumque etiam mandatum a iure exigant speciale. Et promiserunt iidem prior et fratres necnon nomine quo supra michi notario infrascripto a quolibet eorum sollempniter stipulanti, se conventum et domum suam

[1]) Die Handschrift hat poterunt.

predictos inviolabiliter ratum et gratum habituros, quidquid circa premissa vel eorum occasione per prefatos suos procuratores seu eorum alterum aut per ipsos compromissarium aut compromissarios per predictos suos procuratores aut eorum alterum eligendum seu eligendos actum fuerit sive gestum. Actum presentibus discretis viris dominis Gerlaco dicto Tzorn, Theoderico de Konynxhoven, vicariis in ecclesia Bunnensi, Johanne pastore in Blaswilre, presbiteris, necnon strenuo milite domino Waldemaro de Bunna, Henrico de Mestorp, Henrico eius filio, opidanis Bunnensibus, ac Henrico de Novimagio clerico, notario officialis prepositi Bunnensis Coloniensis diocesis, testibus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Item tenor subscriptionis predicti procuratorii talis est: Et ego Otto dictus de Alen clericus Coloniensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius premissis omnibus et singulis una cum prenominatis testibus presens interfui eaque vidi et audivi et exinde hoc presens publicum instrumentum confeci, quod propria manu scripsi meoque signo consueto signavi, vocatus ad hoc specialiter et rogatus. Item tenor procuratorii seu mandati dicti domini Johannis de Cornu similiter sequitur de verbo ad verbum et est talis: Nos iudices, scabini, consules ceterique cives civitatis Coloniensis notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod super omnibus et singulis causis tam principalibus quam appellationum litibus, querelis, dissentionibus, iniuriis et controversiis inter nos et adherentes nobis coniunctim vel divisim nostros concives vel quoscunque alios ex parte una et priorem et fratres ordinis Predicatorum conventus et domus Colonienses similiter coniunctim et divisim ex altera motis, ortis et habitis usque in hodiernum diem et omnibus pendentibus, incidentibus, emergentibus ex eisdem facimus, constituimus et ordinamus strenuum et honestum virum dominum Johannem de Cornu militem, scabinum, nostrum concivem, nostrum verum et legitimum syndicum, procuratorem et nuncium specialem ad compromittendum in reverendum patrem et dominum dominum Wilhelmum archiepiscopum Coloniensem sub quacunque pena, modo et formis quibuscumque nomine nostro, prout sibi hoc melius et utilius videbitur expedire, et ad faciendum omnia et singula, que in hiis et circa ea necessaria fuerint et oportuna, gratum et ratum habentes, quidquid per dictum nostrum syndicum seu procuratorem factum fuerit in premissis. In cuius rei testimonium sigillum nostre civitatis ad causas duximus presentibus appendendum. Datum ipso die beati Albini martiris anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo. Datum, actum et compromissum Colonie in domo quadam fratrum Minorum conventus Coloniensis, presentibus honorabilibus et discretis viris et dominis Constantino preposito beate Marie ad gradus, 1351

1351 magistris Theoderico de Oyle et Henrico de Susato, advocatis, Johanne de Nussia sigillifero curie Coloniensis, Henrico Bauro canonico sancti Cuniberti ecclesie Coloniensis, Constantino de Cornu milite, fratre predicti prepositi, et Constantino de Lisenkirchen armigero, testibus ad permissa vocatis specialiter et rogatis. Tenor vero subscriptionis predicti compromissi talis est: Et ego Gobelinus de Berka clericus Coloniensis diocesis publicus apostolica et imperiali auctoritate necnon reverendissimi patris et domini mei domini Wilhelmi archiepiscopi Coloniensis predicti iuratus notarius premissis omnibus et singulis dum sic agerentur una cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi et exinde hoc presens publicum instrumentum manu propria conscripsi signumque meum solitum et consuetum apposui, vocatus et requisitus pro maiori testimonio veritatis. Nos igitur huiusmodi compromissi onere ad laudem precipue divinam et sub spe future perpetue durature pacis et concordie in nos suscepto iuxta propositiones et responsiones ab utrisque partibus predictis nobis factas et editas pronunciamus nostrum pronunciatum in amicitia et amore et cum consensu expresso predictarum partium diffinimus in nomine Jesu Christi: In primis igitur dicimus, laudamus et arbitrando pronunciamus, quod quecunque bona mobilia et immobilia, sive in possessionibus, domibus, pensionibus, censibus vel redditibus perpetuis vel usufructualibus aut in quibuscumque rebus aliis consistant, que olim prior et fratres domus Coloniensis Predicatorum predicte in communi vel aliquis eorum singulariter obtinebant, que per eosdem iudices, scabinos, consules Colonienses aut per quemcunque alium ipsorum nomine usque in diem presentem vendita, distracta aut quocunque alienationis titulo ad quascunque manus alienata vel deducta fuerint, absque aliqua contradictione priorum et fratrum predictorum et absque spe retractationis per ipsos fratres vel aliquem ipsorum nomine facienda emptoribus eorundem bonorum aut illis, in quos ipsa bona alienata et translata fuerint et sunt, ut prefertur, perpetuo debeant permanere, sic quod iidem prior et fratres ad reposcendum vel repetendum bona predicta in iudicio vel extra per se vel per alium seu alios nullam deinceps habeant actionem. Item dicimus et arbitrando pronunciamus, quod bona immobilia quecumque, que ipsi in communi aut ipsorum quilibet singulariter infra civitatem Coloniensem aut infra leucam predictas [sic] olim obtinebant, sive in possessionibus, domibus, pensionibus, censibus, redditibus vel aliis quibuscumque rebus consistant, que adhuc alienata non existunt, stabunt et erunt in manibus et dispositione Constantini de Cornu prepositi beate Marie ad gradus Coloniensis et Constantini de Lisenkirchen scabini Coloniensis, sic quod ipsi dicta bona infra annum vendent et vendere tenebuntur

aut superstes de eis altero ipsorum defuncto vendet et vendere tenebitur, 1351
sic quod ipsis priori et fratribus nihil iuris exnunc remaneat in bonis antedictis, pretio eorundem bonorum ad usus debitos pro nostro arbitrio convertendo. Si vero deinceps contingeret aliqua bona immobilia, sive in possessionibus, domibus, pensionibus, censibus vel redditibus perpetuis aut in quibuscumque aliis bonis consistant, infra civitatem et leucam predictas consistentia dictis priori et fratribus in communi aut alicui ipsorum singulariter donari vel legari aut alio quovis titulo ad ipsos devenire, extunc iidem prior et fratres quotiescunque casus talis se offerret, infra dimidium annum a tempore acquisitionis eorundem huiusmodi bona ac etiam talia bona, que ipsi prior et fratres obtinebant, in quibus alii habent usufructum et eo usufructu finito cum scitu vel consensu consulum eiusdem civitatis aut illorum, quibus hoc consules ipsi pro tempore duxerint committendum, alienare in totum et simpliciter dimittere, extra manus suas ponere et ad cives Colonienses ut premittitur transferre debebunt, et acquisitionem huiusmodi bonorum a tempore acquisitionis ipsorum prior et fratres predicti consulibus ipsis aut eorum commissariis ad hoc deputatis vel deputandis infra mensem, totiens quotiens casus se offerret, notificare tenebuntur. Si vero iidem prior et fratres predicta bona immobilia, que in posterum ipsos acquirere contingeret, aut si predicti Constantinus et Constantin usbona, que ipsi prior et fratres olim habuerunt, non alienarent aut notificationem acquisitionis eorundem bonorum infra terminos prescriptos non facerent, extunc consules predicti aut ipsorum commissarii ad hoc deputati aut deputandi bona ipsa auctoritate propria absque contradictione, iniuria vel offensa ipsorum fratrum aut cuiuscumque alterius vendere poterunt pro suo libito voluntatis, sic tamen quod pretium eorundem bonorum priori et fratribus ipsis integraliter assignetur. Item dicimus et arbitrando pronunciamus, quod prior et fratres predicti in communi aut ipsorum singuli de cetero domus seu conventus sui vel ipsorum vel alicuius eorum nomine nullas possessiones, domos, pensiones, census, redditus perpetuos vel usufructuales infra civitatem et leucam predictas sibi comparare debeant neque possint vel habere. Ipsi tamen fratres, qui hactenus habuerunt tales redditus usufructuales, qui nondum venditi existunt, ipsos ad vitam ipsorum poterunt retinere. Item dicimus et arbitrando pronunciamus, quod prior et fratres predicti, fratres Henricum de Rynwerde, Jacobum de Sweinheim, sacerdotes, Danielem Vulprume et Wernerum Panthaleoyn predicti ordinis, qui pro tempore dissentionis predicte conventum predictum reintrarunt, in conventu ipso quamdiu vixerint, stare permittent pacifice et quiete, nec ipsos ea occasione, quod conventum predictum reintrarunt, ut prefertur, et ad alios conventus mittent

1351 aut mitti procurabunt, nec ipsos occasione predicta aggravabunt aut procurabunt aggravare quovis modo sine dolo. Item dicimus et arbitrando pronunciamus, quod iidem prior et fratres infra octo menses quoscumque processus contra iudices, scabinos, consules et universitatem civitatis predicte aut singulares personas eiusdem civitatis obtentos per eosdem ipsis civibus restituent, tradent et assignabunt, ipsosque processus per illum seu illos, qui hoc facere possunt, revocari pro posse suo procurabunt sine dolo. Questionem vere expensarum litis seu litium inter partes ipsas mote seu motarum necnon dampnorum et interesse per ipsos cives habitorum occasione premissorum et specialiter ab illis Sconenberg et eorum complicibus, necnon declarationem dubiorum, si qua in posterum ex hac nostra pronunciatione suboriri contingeret, nobis per hanc nostram sinant arbitralem reservamus. Dicimus insuper, quod prior et fratres predicti exnunc, quandocumque ipsis placuerit, reintrare poterunt domum suam predictam et ibidem permanere pacifice et quiete, et post requisitionem suam infra quindecim dies ipsi cives restituent seu restitui facient ipsis priori et fratribus omnia bona mobilia ipsorum fratrum, que ipsi cives adhuc habent non alienata seu distracta, et quod ipsi fratres deinceps omnibus privilegiis, immunitatibus et libertatibus suis et ordinis sui in ipsa civitate gaudere debeant, prout prius ante dissensionem predictam eis gaudebant et gaudere poterant et debebant, cum modificatione tamen illorum, que in nostra pronunciatione superius continentur. Hec omnia dicimus, laudamus et arbitramur dictas partes amicabiliter componendo ipsisque partibus hincinde precipimus sub penis in dicto compromisso contentis, quod partes ipse premissa omnia et singula perpetuis temporibus inviolabiliter debeant observare, et quod dicte partes litteris super hac pronunciatione nostra conficiendis sigilla sua una cum sigillo nostro apponant in signum ratificationis et approbationis pronunciationis nostre. Et nos huiusmodi nostram pronunciationem in omni forma, qua superius continetur, per dilectum nobis magistrum Henricum de Susato canonicum ecclesie sancti Cuniberti Coloniensis, advocatum curie nostre legi, publicari et notificari fecimus et mandavimus coram nobis et procuratoribus partium predictarum, notarii publicis et testibus infrascriptis, et ipsa lecta, notificata et publicata per eundum magistrum Henricum frater Bruno pro se suoque conventu et fratribus ordinis Coloniensis predictis necnon Johannes de Cornu miles, scabinus Coloniensis, consulum, iudicum, scabinorum et civium civitatis nostre Coloniensis procuratores et procuratorio nomine, quilibet ipsorum sue partis pro ipsa in pronunciationem, dictum, laudum et arbitrium supradictum publice et expresse consenserunt et eas approbarunt, ipsas ratas, gratas, firmas et validas habuerunt et eis paruerunt et obedive-

runt cum effectu. Hiisque expeditis mandavimus dilectis nobis in Christo 1351
Gobelino de Berka apostolica auctoritate notario nostro, Ottoni de Alen et Wilhelmo de Enze, publicis imperiali auctoritate notariis, ut super maiori testimonio et evidentia huiusmodi nostre pronunciationis et ipsius publicationis, insinuationis et notificationis illiusque ratihabitionis, consensus, adhibitionis, approbationis, paritionis et obedientie ac omnium aliorum et singulorum prenarratorum se propriis manibus subscriberent suaque signa solita et consueta apponerent, et cum hoc presentem nostre pronunciationis litteram nostri et dictorum procuratorum sigillorum appensione similiter volumus et mandamus roborari. Et nos frater Bruno dictus Overstolz prior et Johannes de Cornu, predicti procuratores partium predictarum, quilibet eorum pro se et procuratorio nomine partium earundem pro ipsis in signum consensus nostri expressi, ratihabitionis, approbationis, obedientie et paritionis omnium et singulorum pronunciatorum et sub pena predictorum sigilla nostra presentibus apposuimus in omnium et singulorum pronunciatorum predictorum testimonium et fidem. Datum, actum et pronunciatum Colonie in domo habitationis nostre presentibus et astantibus venerabilibus et discretis viris dominis Wilhelmo de Sleyda maioris, Constantino de Cornu sancte Marie ad gradus, Johanne de Virnenberg Xantensis prepositis, Henrico de Rennenberg subdecano, Ernesto de Oytginbach, Johanne de Virnenberg scolastico, Ernesto de Molnarke, Henrico de Rennenberg, Gerardo de Bilsteyn, Coloniensis, Gobelino de Bilsteyn sancti Gereonis canonicis, Henrico Rolmanni domino de Arendal, Johanne domino de Saffenberg, domino Rorico de Oytginbach, militibus, Theoderico de Oyle, Henrico de Susato, Godardo de sancto Cuniberto officiali, Roperto de Susato advocato, Roperto de Tilia, Ruperto Vorner canonicis Susatensibus, Johanni sigillifero, Godardo de Werle, ipso die translationis trium regum vicesima tertia die mensis Julii, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo.

Et ego Gobelinus de Berka clericus Coloniensis dyocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritate necnon reverendissimi domini mei domini Wilhelmi archiepiscopi Coloniensis supradicti iuratus notarius premissis omnibus et singulis dum sic agerentur una cum testibus prescriptis et Wilhelmo de Entzene et Ottone de Alen publicis notariis infrascriptis presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, me quoque ad requisitionem domini mei arbitri seu arbitratoris necnon partium predictarum manu propria subscripsi et signum meum solitum apposui in testimonium et evidentiam pleniorem omnium premissorum sub anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, indictione quarta,

1351 die Julii vicesima tertia, hora vesperarum vel quasi et in loco supradicto.[1])

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die Siegel des Erzbischofs und der Stadt Köln ziemlich gut erhalten; das dritte, ein viergetheiltes Feld, im ersten und vierten ein Bär, im zweiten und dritten ein Kreuz, zeigt von der Umschrift: his de Cornu militis et scab., das Siegel des Dominicaner-Conventes und das des Priors gut erhalten.

Nr. 330.

Das Erzstift-Kölnische Manngericht spricht durch den Mund des Dingherrn Heinrich von Sinzich den Nachlass der im Erzstift und in der Stadt Köln erschlagenen Juden dem Erzbischof Wilhelm zu. 1351, 16. November.

Wir Roprecht greve zo Virnenburch, Johan greve zo Nassouwe heirre zo Merenberg, Reynart herre zo Westerburch, Lodowich herre zo Randenroide, Johan herre zo Ryferscheit, Conrait herre van der Dicke, Johan van Virnenburch proist zo Sancten, Henrich van Rennenberg achterdechen der kirghen zo Colne, Ernst van Oytghenbach proist zo sent Petere zo Meentze, Johan herre zo Saffinberg, Conrait van Saffinberg ritter syn broider, Rorich herre zo Rennenberg, Johan van Rennenberg canûnich der vurscreven kirghen zo Colne, Johan van Nuenare herre zo Rodensberg, Lodowich zo Walpoide van der Nûerbûrch, Arnolt van Bacheim camerer des gestichts van Colne, Henrich van Gymnich, Johan van Gymnich syn broder, Daniel van Buschoven, Dederich van Hademar der alde, Herman van Roistorp, Emberich van Lainstein, Goswyn van Rocheim, Roilman van Sintziche der iunge, Johan Schoinhalts, Wernere Schoinhalts, rittere, Ailf Renner van Wevelkoven, Johan ind Wernere gebrûdere, vede zo Ludestorp, man des vurschrevenen gestichts van Colne, dûn cûnt allen luden, dat der erwirdige in Christo vader unse herre her Wilhelm der ertzbisschof zo Colne up desen hudigen dach, as dat datum van diseme brieve sprichet, uns ind vil anderen sine ind syns gestichts manne vur sich geeyschet hatde ind zo Bunne up sime saele zo reichter daighzyt, as dat recht ind gewenlich is, umb syns gestichtes reicht overmitz uns ind andere syns gestichts manne eyn gedinge besessen ind mit uns gedinget het ind dat he sinen dinghere mit namen heren Henriche van Syntziche den herren van Arindail, den he mit

[1]) Es folgen noch die Beglaubigungen der Notare Gobelin von Berka, Wilhelm von Enzen und Otto von Alen, der Richter, Schöffen und Rathsherren der Stadt Köln, des Priors Bruno und des Prediger-Conventes.

reichte ind mit ordeile sinen dyngere alda machtde ind by sich satde, 1351
dede an eyn ordeyl setzen: sint deme male dat die iůeden, die alle overal in deme gestichte van Colne, zo Colne in der stat ind oych en buyssen in deme gestichte gesessen waren, mit ungeschichte erslagen ind aflyvich worden syn ind dieselve iůeden deme gestichte van Colne zobehoirten ind allewege zobehoirt haven vůr eyn gereicht erfleen des gestichts van deme Roemschen ryche růrende van der zyt, dat nyeman anders en gedenckt, so weme durch reicht zobehoren sůllen derselver iůeden gůed, dat sy gelaissen haven, ind so we des gůeds durch reicht eyn navolger syn sůlle, ind dat wir man vurscreven mit anderen des gestichts mannen, die hie nyet geschreven steent, uns al samenclich beraden han, ind wir hain gewyst vur eyn reicht unsme vurscreven herren van Colne, de uns des alda syn orkunde bekante, ind syme gestichte, want uns dat reicht dunket ind wir uns nyet bessers en versinnen, dat allet gůet, dat die vurscreven iůeden gelaissen haven, dat derselver iůden was, id sy erve of varende have, so wa of wairane dat gelegen is en binnen Colne ind en buyssen, alle overall in deme gestichte durch reicht nyemanne anders zo en behůert dan unsme vurscreven herren van Colne ind syme gestichte, ind dat he ind dat gestichte van Coelne eyn reicht navolger is alles des vurscreven gůeds ind nyeman anders. In orcůnde ind ewich gezůych diser dinge han wir Roprecht greve zo Virnenberg, Johan greve zo Nassouwe herre zo Merenberg, Reynart herre zo Westerburch, Lodowich herre zo Randenroide, Johan herre zo Ryferscheit, Conrait herre van Dicke, Johan van Virnenburch proist zo Sancten, Henrich van Rennenberg achterdechen der kirchen van Colne, Ernst van Oytgenbach proist zo sent Petere zo Meentze, Johan herre zo Saffinberg ind Rorich herre zo Rennenberg vurgenant vůr uns ind vůr die andere manne hie vurgescreven zo irre beeden unse ingesegele an disen brief důn hangen. Ind ich Henrich van Syntzich herre zo Arindail vurgenant bekennen, dat ich des vurscreven ordeyls eyn dynghere geweest bin van myns vurscreven herren wegen van Colne, ind datselve ordeyl also overmitz die vurscreven des gestichts manne gewyst is. Ind des zo orcůnde han ich myn ingesigele an disen brief důn hangen. Ind wir scheffene ind rait der steede van Andernach ind van Bůnne bekennen, dat wir hie over ind ane geweest syn ind gesien ind gehoirt han, dat dat vurschreven gedinge also besessen ind dat vurscreven ordeyl also gewyst is ind oych uns selver reicht důnket, ast hie vurgescreven steyt. Ind des zo orcunde han wir unser steede ingesigele an disen brief důn hangen, de gescreven wart zo Bůnne in deme iaire unss herren, do man schreif drůytzienhůndert eyn ind vůnfzich, des nyesten gudesdaichs na sent Mertens dage des heiligen bisschofs in deme wintere.

Als Transfix hängt an:

1351 Wir Syvart greve van Witginsteyn, Wilhelm greve van Nuwenare ind Frederich greve van Mûrse, man des gestichtz van Colne, dun kunt allen luden, aen dat wir dairover ind an niet in waren, doe dat urdel, dat ghewyst wart, dat in den brief gescreven steit, dair dit transfixe ind brief durgestechen is, yedoch so wurden wir gevraecht darumb van den mannen, die datselve urdel gewyst haven, ind wir sprechen, dat wir uns niet bessers en versinnen ind uns och recht dunkt, dat datselve urdel recht ind bescheitlich gewyst is ind dat wir des bi denselven mannen bliven. Ind wir hetten datselve mit ine gewiset, of wir also zytlich bi dat gedinghe comen weren, dairzo wir doch verboit waren mit den anderen mannen van unss herren wegen van Colne. In urkunde deser dinge hain wir unse ingesigele an desen brief gehangen, die gegeven wairt in deme iair unss herren drutzeinhundert ein ind vumfzich, des neesten dunresdages na sante Martyns dach in deme winther.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die einzelnen Siegel gut erhalten. Das Siegel von Dick hat drei Rauten, das von Gymnich ein Herzschild auf der Vierung des Kreuzes, Oytgenbach einen durch einen Querbalken getheilten Schild mit einem Turnierkragen, Rennenberg zwei Sparren, Rolmann von Sinzich einen Adler, mit der Umschrift: S. Henrici de Sinzich... in arindal, Wittgenstein drei senkrecht stehende Balken.

Nr. 331.

Johann von Montjoye und Falkenburg tritt als Fünfter in den Bund zwischen dem Erzbischof Wilhelm von Köln, dem Herzog Johann von Brabant und den Städten Köln und Achen.

Lechenich. 1351, 3. December.

Wir Johan heirre van Monyoy inde van Valkenborch doen kont allen denghenen, die desin brief sien solen of horen lesin. Want die ewerdyge in gode vader inde heirre her Wilhem ertzebusschoff van Colen inde de durluchtige vûrste her Johan hertzoghe van Lotringen, van Brabant inde van Lymborch inde Godart sin son inde die eersamen bescheyden lude die stede van Colen inde van Aychen ons ghenomen haint in ir verbont, des sy onder eyn vûrmaels overdragen sin ind gemacht hain, in alle die vûrwerden desselven irs verbonts, so wie die gelegen sint na formen der brieve, die tusschen in darop gemacht sint ind mit yren segelen besegelt, also dat wir in desin verbonde sin sullen mit allen onsen landen, gerichten, luden ind onderseyssen, die ons ze verantwerden steent, in sullen geliich den vûrscrevenen heirren ind

steden gebruychen alle der vorwerden ind pûnten, die in den vurscre- 1351
Allen luden, die diesen brief sůelin sien of hoerin leesin, ich Gerart vaicht zů Coelne ritter doin kunt ind bekennen offenbierlichin oivermitz diesen brief, dat ich alsulchger clagen ind zicht, as die wyse eirsame lude ind heirren die scheffene van Coelne weder mich den vursichtigen wysen heirren deme raide der stat van Coelne overgegheeven haint ind doin leesin, da ich tgheinwoirdich was, bleven bin an den vurschreven heirren dem raide der stat van Coelne eyns sagens ind eynre scheydungen mit reichte, of mit minnen, ind also so wie ind so wes sy in den sachgin mich besagent tusschen dit ind unser vrouwen dage, dat sy geboeren wart ind den men noempt in latyne nativitas, nů nyest zucomende, ind dat ich dat, as verre as id mynen eyt ind myn leve niet an en trift, under eynner pynne van sieshundert alden gulden schilden gůet van goilde ind swair van gewichte vaste ind stede halden sal ind daraf voldoin in allen manieren, so wie ich des van un besacht werde, ind zu eynre meirrer sichgerheit, dat ich ir sagen vaste ind stede halden sůele ind daraf voldoin as vurschreven is, so hain ich un in gůeden truwen geloeft ind in eytzstat gesichgert, geloven ind sichgeren oivermitz diesen brief, weirt dat ich ir sagen niet vaste noch stede en hielte noch daraf en voldede, also as sy mich besacht hedden, dat ich dan also balde, as ich van den vurschreven heirren des raitz weegen darup gemaint werden, sal sunder eynichkunne wederreede zu richt invaren in eyne mataite der kirchgin van Coelne, in wilchge ich van iren wegen gemaint werden, ind in der mataiten vort bliven lygen ind daruys nyet zu comen noch zu scheiden nacht noch dach bis as lange, dat ich ir sagen vaste ind stede gehalden have ind daraf voldain in allen manieren, so wie sy mich besacht hadden, of antwer dat ich un die vurschreven sieshundert gulden schilde alinclichin bezailt have, allerkunne argelist uyssgescheyden. In urkunde ind stedigeit des hain ich myn ingesiegel an diesen brief gehangen.

Gegheven in deme iaire unss heirren dusent druhundert ind dry ind vunftzich, des vrydaigis na sent Margareten daige der heyliger iunfrouwen.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel verletzt.

1351 videlicet prior et conventus predicti ex certa scientia ac libera et spontanea voluntate et accedente concordi et unanimi consensu omnium et singulorum fratrum, qui ad hoc consentire poterant, habuerunt seu debebant nomine domus sue sive conventus Coloniensis ex una et prefati consules predicte sue civitatis suo necnon iudicum, scabinorum ceterorumque civium Coloniensium nomine parte ex altera paci et concordi attendere volentes super huiusmodi et aliis quibuscumque inter eas partes usque in diem presentem tam in curia Romana quam extra versis causis, litibus, questionibus et querelis et ex eis emergentibus, dependentibus et annexis omnibus et singulis in nos tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem ab eis communiter et concorditer electum compromiserunt sub penis et formis et compromisso super hoc ab eisdem partibus in nos facto et per notarium publicum subscriptum conscripto et suo signo solito signato, cuius etiam tenor de verbo ad verbum subsequitur in hec verba: In nomine domini amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, indictione quarta, mensis Junii die vicesima secunda, hora vesperarum vel quasi constituti propter hoc personaliter in presentia mei notarii publici et testium infrascriptorum religiosi viri et fratres Bruno prior et Godeschalcus de Kirdorp, ordinis predicatorum conventus et domus Coloniensis, pro se et nomine procuratorio dicti conventus ex parte una et strenuus ac honestus vir dominus Johannes de Cornu miles, scabinus Coloniensis pro se et nomine procuratorio prudentum et discretorum virorum iudicum, scabinorum, consulum ceterorumque civium civitatis Coloniensis ex altera, unusquisque videlicet dictorum procuratorum virtute seu vigore mandati procuratorii sui, cuius tenor de verbo ad verbum subscribitur, super omnibus et singulis causis tam principalibus quam appellationum litibus, querelis, dissentionibus, iniuriis et controversiis inter dictas partes et quoscumque alios eis et eorum alteri adherentes coniunctim et divisim subortis, motis et habitis usque in presentem diem necnon super universis et singulis dependentibus et incidentibus et emergentibus ex eisdem compromiserunt in reverendissimum patrem et dominum meum dominum Wilhelmum archiepiscopum Coloniensem tamquam in arbitratorem et amicabilem compositorem, ita quod quidquid ipse inter easdem partes pro amicitia seu amicabili compositione ordinaverit, statuerit, dictaverit, pronunciaverit aut declaraverit in scriptis vel sine scriptis, diebus feriatis vel non feriatis, stando vel sedendo, partibus presentibus vel absentibus, vocatis vel non vocatis, iuris ordine in parte vel in toto servato vel non servato, cum scitu dictarum partium vel sine scitu, hoc dicti procuratores partium predictarum quilibet procuratorio nomine partis sue promiserunt mihi notario tamquam persone publice stipulanti

pro se et dictis dominis suis ac nomine omnium, quorum interest seu 1351
interesse poterit quomodolibet, in futurum ratum tenere perpetuo atque firmum et non contravenire vel facere aliqua arte, ingenio sive dolo sub pena et periculo cause et causarum predictarum necnon mille clippeatorum aureorum bonorum et regalium, quos pars in parte vel in toto infringens compositionem seu pronunciationem dicti domini mei archiepiscopi ipso facto tenebitur, dabit et persolvet parti observanti. Tenor vero procuratorii seu mandati dictorum fratrum predicatorum, de quo supra fit mentio, talis est: In nomine domini amen. Anno a nativitate eiusdem domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, indictione quarta, mensis maii die vicesima, hora quasi tertiarum in domo appellata domus Predicatorum conventus Coloniensis, sita in oppido Bunnensi in vico appellato in der Burch, in parrochia sancti Remigii Bunnensis, in presentia mei publici notarii infrascripti et testium infrascriptorum congregati viri religiosi et discreti fratres Bruno dictus Overstolz prior conventualis et Theodericus de Traiecto inferiori, Henricus Scherfgin, Godeschalcus de Kirdorp, Conradus Pollenus, Syfridus de Nussia, Johannes de Valkenberg, Gerardus Vulprüym, Johannes de Duren, Petrus de Lechenich, Philippus de Duren, Johannes Hoytlin, Henricus de Lisenkirchen, Johannes de Foro-Grecorum, Gobelinus de Duren, Johannes de Foro-feni, Jacobus de Lintgassen, Jacobus de Wyndecken, Wilhelmus de Ripa, Hermannus de Busco, Nicolaus de Ripa, Goswinus de Moneta et Lambertus de Bodekaf, fratres conventuales domus Predicatorum Coloniensis, ut dicebant per dictum fratrem Gerardum Vulprüym publice omnium et singulorum nomine proloqui fecerunt, quod cum aliquibus annis retroactis procurante satore malorum orta fuerit lis et discordia adhuc durans inter viros prudentes et honestos dominos iudices, scabinos et consilium ac universitatem civitatis Coloniensis ex una parte et priorem et fratres conventus domus Predicatorum Coloniensis ex altera, sic quod ipsi fratres huius domus conventuales extunc domum huiusmodi derelinquerunt continuatim habentes eiusdem domus habitationem desertam usque presens tempus, sicut adhuc se habere reputant, et cum prefatus prior et fratres ipsius conventus et domus suorum nomine desiderent super eadem lite et discordia poni in pacem et concordiam cum eisdem civibus et reduci et pendente hac lite et discordia propter metum ipsorum iudicum, scabinorum, consilii ac universitatis non possint simul ipsi fratres commode ut asserunt Coloniam venire, prior predictus presentes fratres predictos conventus domus predicte existentes et inventos hiis diebus intra terminos sue predicte domus, intra quos de antiqua consuetudine, dum ardua huius sue domus et conventus negotia tractanda incumbebant, vocari et non extra consueve-

1351 runt ad locum presentem, ut in eo tamquam conventus prefate domus convenirent, vocari fecit, unde predicto priori et prefatis fratribus, qui voluerunt, potuerunt[1]) et debuerunt interesse, conventum sive capitulum sue prefate domus Coloniensis in hac parte se facere reputantibus, prehabitis quibusdam deliberatis inter se tractatibus super prefata lite et discordia sedandis placuit finaliter consensu communi nullo eorum penitus discrepante nomine conventus et domus sue prefatorum pro eis constituere procuratorem vel procuratores, et nichilominus constituerunt prefatos Brunonem priorem et fratrem Godeschalcum de Kirdorp et quemlibet eorum in solidum ad eligendum quamcumque seu quascumque personam seu personas ydoneam seu ydoneas, cuiuscumque dignitatis, conditionis seu status existant, unam seu plures et in eam seu in eas compromittendum tamquam in arbitrum, arbitratorem seu amicabilem compositorem aut arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores, et dederunt exnunc eisdem suis procuratoribus et cuilibet eorum potestatem et mandatum speciale dandi et transsumendi plenam et liberam potestatem suo et conventus et domus sue nomine, quam habere possent seu possunt arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores quicumque et obligandi se suo et conventus ac domus sue nomine sub quacumque pena et quantitate pecuniaria necnon sub fidei et iuramenti in eorum animas prestatione si et in quantum huiusmodi penas et fidei et iuramenti prestationes aut eorum alterum subire et promittere possunt de consuetudine in compromissarium seu compromissarios sic eligendum seu eligendos per huiusmodi procuratores suos seu eorum alterum nomine quo supra, ac omnia et singula huiusmodi arbitris, arbitratoribus seu amicabilibus compositoribus committendi pro ipsis priore et conventu nomine quo supra et in eos transsumendi, que necessaria et oportuna fuerint ad compositionem et concordiam ineundum, ipsis priori et fratribus nomine quo supra cum civibus prefatis Coloniensibus super prefatis lite et discordia ipsamque compositionem et concordiam firmandi et ratum faciendi et habendi, etiam quod iidem compromissarius seu compromissarii possint procedere virtute huiusmodi compromissi in eos sic faciendi in amicitia seu in iure aut partim amicabiliter et partim in iure et pronunciare in scriptis seu sine scriptis, partibus vocatis aut non vocatis, sollempnitatibus iuris salvatis seu non salvatis, necnon ad faciendum omnia et singula, que circa premissa fuerint opportuna, quandocumque etiam mandatum a iure exigant speciale. Et promiserunt iidem prior et fratres necnon nomine quo supra michi notario infrascripto a quolibet eorum sollempniter stipulanti, se conventum et domum suam

[1]) Die Handschrift hat poterunt.

predictos inviolabiliter ratum et gratum habituros, quidquid circa pre- 1351
missa vel eorum occasione per prefatos suos procuratores seu eorum alterum aut per ipsos compromissarium aut compromissarios per predictos suos procuratores aut eorum alterum eligendum seu eligendos actum fuerit sive gestum. Actum presentibus discretis viris dominis Gerlaco dicto Tzorn, Theoderico de Konynxhoven, vicariis in ecclesia Bunnensi, Johanne pastore in Blaswilre, presbiteris, necnon strenuo milite domino Waldemaro de Bunna, Henrico de Mestorp, Henrico eius filio, opidanis Bunnensibus, ac Henrico de Novimagio clerico, notario officialis prepositi Bunnensis Coloniensis diocesis, testibus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Item tenor subscriptionis predicti procuratorii talis est: Et ego Otto dictus de Alen clericus Coloniensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius premissis omnibus et singulis una cum prenominatis testibus presens interfui eaque vidi et audivi et exinde hoc presens publicum instrumentum confeci, quod propria manu scripsi meoque signo consueto signavi, vocatus ad hoc specialiter et rogatus. Item tenor procuratorii seu mandati dicti domini Johannis de Cornu similiter sequitur de verbo ad verbum et est talis: Nos iudices, scabini, consules ceterique cives civitatis Coloniensis notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod super omnibus et singulis causis tam principalibus quam appellationum litibus, querelis, dissentionibus, iniuriis et controversiis inter nos et adherentes nobis coniunctim vel divisim nostros concives vel quoscunque alios ex parte una et priorem et fratres ordinis Predicatorum conventus et domus Colonienses similiter coniunctim et divisim ex altera motis, ortis et habitis usque in hodiernum diem et omnibus pendentibus, incidentibus, emergentibus ex eisdem facimus, constituimus et ordinamus strenuum et honestum virum dominum Johannem de Cornu militem, scabinum, nostrum concivem, nostrum verum et legitimum syndicum, procuratorem et nuncium specialem ad compromittendum in reverendum patrem et dominum dominum Wilhelmum archiepiscopum Coloniensem sub quacunque pena, modo et formis quibuscumque nomine nostro, prout sibi hoc melius et utilius videbitur expedire, et ad faciendum omnia et singula, que in hiis et circa ea necessaria fuerint et oportuna, gratum et ratum habentes, quidquid per dictum nostrum syndicum seu procuratorem factum fuerit in premissis. In cuius rei testimonium sigillum nostre civitatis ad causas duximus presentibus appendendum. Datum ipso die beati Albini martiris anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo. Datum, actum et compromissum Colonie in domo quadam fratrum Minorum conventus Coloniensis, presentibus honorabilibus et discretis viris et dominis Constantino preposito beate Marie ad gradus,

1351 magistris Theoderico de Oyle et Henrico de Susato, advocatis, Johanne de Nussia sigillifero curie Coloniensis, Henrico Bauro canonico sancti Cuniberti ecclesie Coloniensis, Constantino de Cornu milite, fratre predicti prepositi, et Constantino de Lisenkirchen armigero, testibus ad permissa vocatis specialiter et rogatis. Tenor vero subscriptionis predicti compromissi talis est: Et ego Gobelinus de Berka clericus Coloniensis diocesis publicus apostolica et imperiali auctoritate necnon reverendissimi patris et domini mei domini Wilhelmi archiepiscopi Coloniensis predicti iuratus notarius premissis omnibus et singulis dum sic agerentur una cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi et exinde hoc presens publicum instrumentum manu propria conscripsi signumque meum solitum et consuetum apposui, vocatus et requisitus pro maiori testimonio veritatis. Nos igitur huiusmodi compromissi onere ad laudem precipue divinam et sub spe future perpetue durature pacis et concordie in nos suscepto iuxta propositiones et responsiones ab utrisque partibus predictis nobis factas et editas pronunciamus nostrum pronunciatum in amicitia et amore et cum consensu expresso predictarum partium diffinimus in nomine Jesu Christi: In primis igitur dicimus, laudamus et arbitrando pronunciamus, quod quecunque bona mobilia et immobilia, sive in possessionibus, domibus, pensionibus, censibus vel redditibus perpetuis vel usufructualibus aut in quibuscumque rebus aliis consistant, que olim prior et fratres domus Coloniensis Predicatorum predicte in communi vel aliquis eorum singulariter obtinebant, que per eosdem iudices, scabinos, consules Colonienses aut per quemcunque alium ipsorum nomine usque in diem presentem vendita, distracta aut quocunque alienationis titulo ad quascunque manus alienata vel deducta fuerint, absque aliqua contradictione priorum et fratrum predictorum et absque spe retractationis per ipsos fratres vel aliquem ipsorum nomine facienda emptoribus eorundem bonorum aut illis, in quos ipsa bona alienata et translata fuerint et sunt, ut prefertur, perpetuo debeant permanere, sic quod iidem prior et fratres ad reposcendum vel repetendum bona predicta in iudicio vel extra per se vel per alium seu alios nullam deinceps habeant actionem. Item dicimus et arbitrando pronunciamus, quod bona immobilia quecumque, que ipsi in communi aut ipsorum quilibet singulariter infra civitatem Coloniensem aut infra leucam predictas [sic] olim obtinebant, sive in possessionibus, domibus, pensionibus, censibus, redditibus vel aliis quibuscumque rebus consistant, que adhuc alienata non existunt, stabunt et erunt in manibus et dispositione Constantini de Cornu prepositi beate Marie ad gradus Coloniensis et Constantini de Lisenkirchen scabini Coloniensis, sic quod ipsi dicta bona infra annum vendent et vendere tenebuntur

aut superstes de eis altero ipsorum defuncto vendet et vendere tenebitur, 1351
sic quod ipsis priori et fratribus nihil iuris exnunc remaneat in bonis antedictis, pretio eorundem bonorum ad usus debitos pro nostro arbitrio convertendo. Si vero deinceps contingeret aliqua bona immobilia, sive in possessionibus, domibus, pensionibus, censibus vel redditibus perpetuis aut in quibuscumque aliis bonis consistant, infra civitatem et leucam predictas consistentia dictis priori et fratribus in communi aut alicui ipsorum singulariter donari vel legari aut alio quovis titulo ad ipsos devenire, extunc iidem prior et fratres quotiescunque casus talis se offerret, infra dimidium annum a tempore acquisitionis eorundem huiusmodi bona ac etiam talia bona, que ipsi prior et fratres obtinebant, in quibus alii habent usufructum et eo usufructu finito cum scitu vel consensu consulum eiusdem civitatis aut illorum, quibus hoc consules ipsi pro tempore duxerint committendum, alienare in totum et simpliciter dimittere, extra manus suas ponere et ad cives Colonienses ut premittitur transferre debebunt, et acquisitionem huiusmodi bonorum a tempore acquisitionis ipsorum prior et fratres predicti consulibus ipsis aut eorum commissariis ad hoc deputatis vel deputandis infra mensem, totiens quotiens casus se offerret, notificare tenebuntur. Si vero iidem prior et fratres predicta bona immobilia, que in posterum ipsos acquirere contingeret, aut si predicti Constantinus et Constantin usbona, que ipsi prior et fratres olim habuerunt, non alienarent aut notificationem acquisitionis eorundem bonorum infra terminos prescriptos non facerent, extunc consules predicti aut ipsorum commissarii ad hoc deputati aut deputandi bona ipsa auctoritate propria absque contradictione, iniuria vel offensa ipsorum fratrum aut cuiuscumque alterius vendere poterunt pro suo libito voluntatis, sic tamen quod pretium eorundem bonorum priori et fratribus ipsis integraliter assignetur. Item dicimus et arbitrando pronunciamus, quod prior et fratres predicti in communi aut ipsorum singuli de cetero domus seu conventus sui vel ipsorum vel alicuius eorum nomine nullas possessiones, domos, pensiones, census, redditus perpetuos vel usufructuales infra civitatem et leucam predictas sibi comparare debeant neque possint vel habere. Ipsi tamen fratres, qui hactenus habuerunt tales redditus usufructuales, qui nondum venditi existunt, ipsos ad vitam ipsorum poterunt retinere. Item dicimus et arbitrando pronunciamus, quod prior et fratres predicti, fratres Henricum de Rynwerde, Jacobum de Sweinheim, sacerdotes, Danielem Vulprume et Wernerum Panthaleoyn predicti ordinis, qui pro tempore dissentionis predicte conventum predictum reintrarunt, in conventu ipso quamdiu vixerint, stare permittent pacifice et quiete, nec ipsos ea occasione, quod conventum predictum reintrarunt, ut prefertur, et ad alios conventus mittent

1351 aut mitti procurabunt, nec ipsos occasione predicta aggravabunt aut procurabunt aggravare quovis modo sine dolo. Item dicimus et arbitrando pronunciamus, quod iidem prior et fratres infra octo menses quoscumque processus contra iudices, scabinos, consules et universitatem civitatis predicte aut singulares personas eiusdem civitatis obtentos per eosdem ipsis civibus restituent, tradent et assignabunt, ipsosque processus per illum seu illos, qui hoc facere possunt, revocari pro posse suo procurabunt sine dolo. Questionem vere expensarum litis seu litium inter partes ipsas mote seu motarum necnon dampnorum et interesse per ipsos cives habitorum occasione premissorum et specialiter ab illis Sconenberg et eorum complicibus, necnon declarationem dubiorum, si qua in posterum ex hac nostra pronunciatione suboriri contingeret, nobis per hanc nostram sinant arbitralem reservamus. Dicimus insuper, quod prior et fratres predicti exnunc, quandocumque ipsis placuerit, reintrare poterunt domum suam predictam et ibidem permanere pacifice et quiete, et post requisitionem suam infra quindecim dies ipsi cives restituent seu restitui facient ipsis priori et fratribus omnia bona mobilia ipsorum fratrum, que ipsi cives adhuc habent non alienata seu distracta, et quod ipsi fratres deinceps omnibus privilegiis, immunitatibus et libertatibus suis et ordinis sui in ipsa civitate gaudere debeant, prout prius ante dissensionem predictam eis gaudebant et gaudere poterant et debebant, cum modificatione tamen illorum, que in nostra pronunciatione superius continentur. Hec omnia dicimus, laudamus et arbitramur dictas partes amicabiliter componendo ipsisque partibus hincinde precipimus sub penis in dicto compromisso contentis, quod partes ipse premissa omnia et singula perpetuis temporibus inviolabiliter debeant observare, et quod dicte partes litteris super hac pronunciatione nostra conficiendis sigilla sua una cum sigillo nostro apponant in signum ratificationis et approbationis pronunciationis nostre. Et nos huiusmodi nostram pronunciationem in omni forma, qua superius continetur, per dilectum nobis magistrum Henricum de Susato canonicum ecclesie sancti Cuniberti Coloniensis, advocatum curie nostre legi, publicari et notificari fecimus et mandavimus coram nobis et procuratoribus partium predictarum, notarii publicis et testibus infrascriptis, et ipsa lecta, notificata et publicata per eundum magistrum Henricum frater Bruno pro se suoque conventu et fratribus ordinis Coloniensis predictis necnon Johannes de Cornu miles, scabinus Coloniensis, consulum, iudicum, scabinorum et civium civitatis nostre Coloniensis procuratores et procuratorio nomine, quilibet ipsorum sue partis pro ipsa in pronunciationem, dictum, laudum et arbitrium supradictum publice et expresse consenserunt et eas approbarunt, ipsas ratas, gratas, firmas et validas habuerunt et eis paruerunt et obedive-

runt cum effectu. Hiisque expeditis mandavimus dilectis nobis in Christo 1351
Gobelino de Berka apostolica auctoritate notario nostro, Ottoni de Alen et Wilhelmo de Enze, publicis imperiali auctoritate notariis, ut super maiori testimonio et evidentia huiusmodi nostre pronunciationis et ipsius publicationis, insinuationis et notificationis illiusque ratihabitionis, consensus, adhibitionis, approbationis, paritionis et obedientie ac omnium aliorum et singulorum prenarratorum se propriis manibus subscriberent suaque signa solita et consueta apponerent, et cum hoc presentem nostre pronunciationis litteram nostri et dictorum procuratorum sigillorum appensione similiter volumus et mandamus roborari. Et nos frater Bruno dictus Overstolz prior et Johannes de Cornu, predicti procuratores partium predictarum, quilibet eorum pro se et procuratorio nomine partium earundem pro ipsis in signum consensus nostri expressi, ratihabitionis, approbationis, obedientie et paritionis omnium et singulorum pronunciatorum et sub pena predictorum sigilla nostra presentibus apposuimus in omnium et singulorum pronunciatorum predictorum testimonium et fidem. Datum, actum et pronunciatum Colonie in domo habitationis nostre presentibus et astantibus venerabilibus et discretis viris dominis Wilhelmo de Sleyda maioris, Constantino de Cornu sancte Marie ad gradus, Johanne de Virnenberg Xantensis prepositis, Henrico de Rennenberg subdecano, Ernesto de Oytginbach, Johanne de Virnenberg scolastico, Ernesto de Molnarke, Henrico de Rennenberg, Gerardo de Bilsteyn, Coloniensis, Gobelino de Bilsteyn sancti Gereonis canonicis, Henrico Rolmanni domino de Arendal, Johanne domino de Saffenberg, domino Rorico de Oytginbach, militibus, Theoderico de Oyle, Henrico de Susato, Godardo de sancto Cuniberto officiali, Roperto de Susato advocato, Roperto de Tilia, Ruperto Vorner canonicis Susatensibus, Johanni sigillifero, Godardo de Werle, ipso die translationis trium regum vicesima tertia die mensis Julii, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo.

Et ego Gobelinus de Berka clericus Coloniensis dyocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritate necnon reverendissimi domini mei domini Wilhelmi archiepiscopi Coloniensis supradicti iuratus notarius premissis omnibus et singulis dum sic agerentur una cum testibus prescriptis et Wilhelmo de Entzene et Ottone de Alen publicis notariis infrascriptis presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, me quoque ad requisitionem domini mei arbitri seu arbitratoris necnon partium predictarum manu propria subscripsi et signum meum solitum apposui in testimonium et evidentiam pleniorem omnium premissorum sub anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, indictione quarta,

1351 die Julii vicesima tertia, hora vesperarum vel quasi et in loco supradicto.[1])

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die Siegel des Erzbischofs und der Stadt Köln ziemlich gut erhalten; das dritte, ein viergetheiltes Feld, im ersten und vierten ein Bär, im zweiten und dritten ein Kreuz, zeigt von der Umschrift: his de Cornu militis et scab., das Siegel des Dominicaner-Conventes und das des Priors gut erhalten.

Nr. 330.

Das Erzstift-Kölnische Manngericht spricht durch den Mund des Dingherrn Heinrich von Sinzich den Nachlass der im Erzstift und in der Stadt Köln erschlagenen Juden dem Erzbischof Wilhelm zu. 1351, 16. November.

Wir Roprecht greve zo Virnenburch, Johan greve zo Nassouwe heirre zo Merenberg, Reynart herre zo Westerburch, Lodowich herre zo Randenroide, Johan herre zo Ryferscheit, Conrait herre van der Dicke, Johan van Virnenburch proist zo Sancten, Henrich van Rennenberg achterdechen der kirghen zo Colne, Ernst van Oytghenbach proist zo sent Petere zo Meentze, Johan herre zo Saffinberg, Conrait van Saffinberg ritter syn broider, Rorich herre zo Rennenberg, Johan van Rennenberg canûnich der vurscreven kirghen zo Colne, Johan van Nuenare herre zo Rodensberg, Lodowich zo Walpoide van der Nûerbûrch, Arnolt van Bacheim camerer des gestichts van Colne, Henrich van Gymnich, Johan van Gymnich syn broder, Daniel van Buschoven, Dederich van Hademar der alde, Herman van Roistorp, Emberich van Lainstein, Goswyn van Rocheim, Roilman van Sintziche der iunge, Johan Schoinhalts, Wernere Schoinhalts, rittere, Ailf Renner van Wevelkoven, Johan ind Wernere gebrûdere, vede zo Ludestorp, man des vurschrevenen gestichts van Colne, dûn cûnt allen luden, dat der erwirdige in Christo vader unse herre her Wilhelm der ertzbisschof zo Colne up desen hudigen dach, as dat datum van diseme brieve sprichet, uns ind vil anderen sine ind syns gestichts manne vur sich geeyschet hatde ind zo Bunne up sime saele zo reichter daighzyt, as dat recht ind gewenlich is, umb syns gestichtes reicht overmitz uns ind andere syns gestichts manne eyn gedinge besessen ind mit uns gedinget het ind dat he sinen dinghere mit namen heren Henriche van Syntziche den herren van Arindail, den he mit

[1]) Es folgen noch die Beglaubigungen der Notare Gobelin von Berka, Wilhelm von Enzen und Otto von Alen, der Richter, Schöffen und Rathsherren der Stadt Köln, des Priors Bruno und des Prediger-Conventes.

reichte ind mit ordeile sinen dyngere alda machtde ind by sich satde, 1351
dede an eyn ordeyl setzen: sint deme male dat die iůeden, die alle overal in deme gestichte van Colne, zo Colne in der stat ind oych en buyssen in deme gestichte gesessen waren, mit ungeschichte erslagen ind aflyvich worden syn ind dieselve iůeden deme gestichte van Colne zobehoirten ind allewege zobehoirt haven vůr eyn gereicht erfleen des gestichts van deme Roemschen ryche růrende van der zyt, dat nyeman anders en gedenckt, so weme durch reicht zobehoren sůllen derselver iůeden gůed, dat sy gelaissen haven, ind so we des gůeds durch reicht eyn navolger syn sůlle, ind dat wir man vurscreven mit anderen des gestichts mannen, die hie nyet geschreven steent, uns al samenclich beraden han, ind wir hain gewyst vur eyn reicht unsme vurscreven herren van Colne, de uns des alda syn orkunde bekante, ind syme gestichte, want uns dat reicht dunket ind wir uns nyet bessers en versinnen, dat allet gůet, dat die vurscreven iůeden gelaissen haven, dat derselver iůden was, id sy erve of varende have, so wa of wairane dat gelegen is en binnen Colne ind en buyssen, alle overall in deme gestichte durch reicht nyemanne anders zo en behůert dan unsme vurscreven herren van Colne ind syme gestichte, ind dat he ind dat gestichte van Coelne eyn reicht navolger is alles des vurscreven gůeds ind nyeman anders. In orcůnde ind ewich gezůych diser dinge han wir Roprecht greve zo Virnenberg, Johan greve zo Nassouwe herre zo Merenberg, Reynart herre zo Westerburch, Lodowich herre zo Randenroide, Johan herre zo Ryferscheit, Conrait herre van Dicke, Johan van Virnenburch proist zo Sancten, Henrich van Rennenberg achterdechen der kirchen van Colne, Ernst van Oytgenbach proist zo sent Petere zo Meentze, Johan herre zo Saffinberg ind Rorich herre zo Rennenberg vurgenant vůr uns ind vůr die andere manne hie vurgescreven zo irre beeden unse ingesegele an disen brief důn hangen. Ind ich Henrich van Syntzich herre zo Arindail vurgenant bekennen, dat ich des vurscreven ordeyls eyn dynghere geweest bin van myns vurscreven herren wegen van Colne, ind datselve ordeyl also overmitz die vurscreven des gestichts manne gewyst is. Ind des zo orcůnde han ich myn ingesigele an disen brief důn hangen. Ind wir scheffene ind rait der steede van Andernach ind van Bůnne bekennen, dat wir hie over ind ane geweest syn ind gesien ind gehoirt han, dat dat vurschreven gedinge also besessen ind dat vurscreven ordeyl also gewyst is ind oych uns selver reicht důnket, ast hie vurgescreven steyt. Ind des zo orcunde han wir unser steede ingesigele an disen brief důn hangen, de gescreven wart zo Bůnne in deme iaire unss herren, do man schreif drůytzienhůndert eyn ind vůnfzich, des nyesten gudesdaichs na sent Mertens dage des heiligen bisschofs in deme wintere.

Als Transfix hängt an:

1351 Wir Syvart greve van Witginsteyn, Wilhelm greve van Nuwenare ind Frederich greve van Mûrse, man des gestichtz van Colne, dun kunt allen luden, aen dat wir dairover ind an niet in waren, doe dat urdel, dat ghewyst wart, dat in den brief gescreven steit, dair dit transfixe ind brief durgestechen is, yedoch so wurden wir gevraecht darumb van den mannen, die datselve urdel gewyst haven, ind wir sprechen, dat wir uns niet bessers en versinnen ind uns och recht dunkt, dat datselve urdel recht ind bescheitlich gewyst is ind dat wir des bi denselven mannen bliven. Ind wir hetten datselve mit ine gewiset, of wir also zytlich bi dat gedinghe comen weren, dairzo wir doch verboit waren mit den anderen mannen van unss herren wegen van Colne. In urkunde deser dinge hain wir unse ingesigele an desen brief gehangen, die gegeven wairt in deme iair unss herren drutzeinhundert ein ind vumfzich, des neesten dunresdages na sante Martyns dach in deme winther.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die einzelnen Siegel gut erhalten. Das Siegel von Dick hat drei Rauten, das von Gymnich ein Herzschild auf der Vierung des Kreuzes, Oytgenbach einen durch einen Querbalken getheilten Schild mit einem Turnierkragen, Rennenberg zwei Sparren, Rolmann von Sinzich einen Adler, mit der Umschrift: S. Henrici de Sinzich... in arindal, Wittgenstein drei senkrecht stehende Balken.

Nr. 331.

Johann von Montjoye und Falkenburg tritt als Fünfter in den Bund zwischen dem Erzbischof Wilhelm von Köln, dem Herzog Johann von Brabant und den Städten Köln und Achen.
Lechenich. 1351, 3. December.

Wir Johan heirre van Monyoy inde van Valkenborch doen kont allen denghenen, die desin brief sien solen of horen lesin. Want die ewerdyge in gode vader inde heirre her Wilhem ertzebusschoff van Colen inde de durluchtige vûrste her Johan hertzoghe van Lotringen, van Brabant inde van Lymborch inde Godart sin son inde die eersamen bescheyden lude die stede van Colen inde van Aychen ons ghenomen haint in ir verbont, des sy onder eyn vûrmaels overdragen sin ind gemacht hain, in alle die vûrwerden desselven irs verbonts, so wie die gelegen sint na formen der brieve, die tusschen in darop gemacht sint ind mit yren segelen besegelt, also dat wir in desin verbonde sin sullen mit allen onsen landen, gerichten, luden ind onderseyssen, die ons ze verantwerden steent, in sullen geliich den vûrscrevenen heirren ind

steden gebruychen alle der vorwerden ind pûnten, die in den vurscre- 1351
venen brieven irs verbontz, der sy ons uys gescricht van worde ze worde onder yren segelen gegheven haint, gescreven steent, aen as viel as hievur ind hernae in desen brieve uysghenomen ind uysghescheiden is, datz zu verstane: gevile eynich zwist tusschen eynchen van den samen verbondenen vûrscreven, of yeman anders up eyne syde ind ons ind onse lude of onderseissen op ander syde, dat an die zwelf gesworen irs vurscrevenen gebonts, dye sy darzû gekorin haint of hernaemaels kiesen sullen, gedien mûste, dat wir dan onser vrunde zwene schicken moghen zu den vurgenanten zwelf gesworen, die bi hen blieven sullen ind macht haven gheliich den anderen yren zwelf gesworen, diewile ind as lange as man van onsen ind onser wedersaechen wegen sprechen ove richten sal ind ander niet; wilge zwene onse vrunt ouch dan zu den heilighen sweren sullen in entgenwûrdicheyt der vurscrevenre zwelf gesworen ze helen, so wat sy die ziit horint, dat haelbar is, ind recht ordel ze sprechen; ind dat niet ze laissen um lief noch um leit noch um eynchge die sache, die man gedenken muchte. Vort sullen wir alle ziit wanne ind wie decke wir des versucht werden van eyngen den vurscrevenen samenverbondenen den versukenden zû helpen komen ind dienen op onse kost in degelichs kregen mit zwintzich mannen gewoepent guder lude ind zû perden ind in besessen ind in reisen mit vertzich mannen gewaepent gûder lude ind zû perden, ind sullen vort mit alle onser macht van onsen landen bescudden diegene van der vurscrevenen verbondenen, die des noyt haint. So bekennen wir heirre van Valkenborch vurgenant, dat wir den vurscrevenen samenverbonden heirren ind steden in gûden truwen gesichert ind zû den heiligen, die wir liiflich gerurt hain, gesworen hain, dat wir alle die vûrscrevenen pûnte ind vurworde, die in desin tgegenwordygen brieve ghescreven steent, ind ouch alle die pûnte ind vûrwerden, die in dem vurscrevenen groissen brieve irs verbonts, des sy ons as vurscreven uys gescrichte van worde ze worde onder yren segelen gegheven haint, gescreven steent, vaste, stede ind onverbruchlich halden ind dûn sullen in alle der wis, as deselve brief des verbonts inne helt, ind in alle der wiis ind mit al den vurworden, als eyn yclich der vurscrevenen samenverbondenen dem andern dat sculdich is ind gesichert ind gesworen hait ze halden, geliicher wiis of wir alle die vurwerden ind pûnten des vurscrevenen groessen briefs zû den zyden, da sy zeirst van yn gemaecht wurden mit hin, as eyn vûnfte samenverbonden, as wir doch nû gesichert ind ghesworen hain, gesichert ind geswoeren hetten vaste, stede und onverbruchlich ze halden, ind den vûrscrevenen brief mit yn besegelt hedden, uysghescheiden doch dat Roemsche riich, den ertzebusschoff van Triere ind den margreven van

1351 Guylghe, as verre as sy weder dit vurscreven verbont niet en dûnt. In gezuych der woerheyt alle deser vûrscreven punten hain wir onsen segel an desin brief gehangen, de gegeven ind gescreven wart zo Lechgenich in dem ioer ons heirren dusint drihondert ind eyn en vunftich ioer, des saetersdachs noe sint Andrees dach des apostels.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel zeigt einen rechtsspringenden Löwen in einem Adler mit offenen Flügeln.

Nr. 332.

Elbert von Bettincourt bescheinigt, von der Stadt Köln seinen fälligen Sold erhalten zu haben. — 1352, 12. Januar.

Nos Elbertus de Bettincourt canonicus Leodiensis abbasque secularis ecclesie Amaniensis, Leodiensis dioecesis, notum facimus universis, nos ab honorabilibus viris receptoribus reddituum civitatis Coloniensis pro dicta civitate solventibus quindecim solidos grossorum pro termino nativitatis domini ultimo preterito ratione pensionis nostre, quam ibi habemus, tunc debitos per manum discreti viri domini Symonis Hercelin canonici ecclesie sancti Georgii Coloniensis recepisse et habuisse, quare nos dictos receptores atque cives dicte civitatis ac omnes, quorum interest, de dicta pensione pro termino predicto tenore presentium absolvimus et quitamus.

Datum sub nostro sigillo anno a nativitate domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo, mensis ianuarii die duodecima.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das Siegel verletzt.

Nr. 333.

Ludolf von Zelle bestellt zum Provisor und Procurator des Hospitals Ipperwald seinen Neffen Arnold von Ringele. 1352, 14. Januar.

Universis presentia percepturis ego Ludolphus de Zelle magister et provisor domus pauperum dicte Cyperwalt [sic] in Colonia notum facio presentibus publice protestando, quod cum me contingat ad alienas partes proficisci nichilque certius sit morte et incertius eius hora, ne inter heredes meos aliqualis oriatur in posterum dissensio super electione magistri et procuratoris dicte domus, utilitate et profectu pauperum hospitandorum in eadem diligentius prepensatis elegi et constitui necnon constituo et eligo super meam conscientiam Arnoldum filium quondam

Arnoldi de Ringele et quondam Bele eius uxoris mee sororis in provisorem et rectorem domus pauperum supradicte cum suis attinentiis universis, volens, ut idem Arnoldus meus cognatus habeat similem et eandem potestatem regiminis, quam ego domo habui in predicta, salva tamen michi potestate dictam domum et ad eam pertinentia singula quamdiu vixero gubernandi. In cuius rei testimonium sigillum meum una cum sigillo dilecti mei amici Tydemanni de Hederinchusen civis Coloniensis ad preces meas appenso presentibus est appensum, quod ego Tydemannus de Hederinchusen civis Coloniensis predictus fateor esse verum. 1352

Datum anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo, in octava epiphanie eiusdem.

Aus einem notariellen Transsumpt vom Jahre 1361.

Nr. 334.

Johann von Falkenburg tritt dem zwischen dem Erzbischof, dem Herzog von Brabant, dessen Sohn Gothart und den Städten Köln und Achen vereinbarten Landfrieden bei. — 1352, 3. Februar.

Wir Johan van Valkenborch here van Borne onde van Zittere doen kont allen denghenen, die diesen brief zůelen sien of hůren lezen, dat want die eirwerdighe in gode vader ende here her Willem ertzebusscof van Collen, her Johan hertoghe van Lothringen, van Brabant ind van Lymbůrch, ind Godert syn sone ind de besceiden lude die stede van Coelne ende van Aichen ons in bescermenissen urs verbůns, des si onder eyn overdraghen syn, ghenomen haint, soe bekennen wir overmids diesen brief, dat wir den vorscreven heirren ind steden in gůden trouwen gheloeft ind ghesekert ind zů den heilighen, die wir lyfliche gherůert han, gheswoeren han, dat wir nae al unser macht ind sonder eincherkůnne arghelist dem vorscreven irme verbůnde trouwelichen volghen ind důen zůelen zů allen zyden, na deme dat ir brieve inhaldent, die si ůnder eyn op dat vůrscreven verbont ghegheven ind ghemaett haint ůnder iren zieghel besighelt, ind dat wir den vůrghenoemten heerren ind steden ind ire eiclichen, so wanne ind wie ducke wir des versocht werden van ir eynchen, dinen ind helpen zůelen in deghelics creghen mit tzeyn mannen ghewapent gůder lude ind zů perden ind in reisen ind in besessen mit twentich mannen ghewapent gůde lude ind zů perden, ind si ind ire amptlude onderseissen ind bůrgher vort truwelich bescudden mit al onser macht zů allen zyden alsoe ducke as un des noyt is sonder arghelist. Oech hain wir gheloeft ind ghesworen, as

1352 vûer an die vorghenoemde heren ind steden ze brenghen, so wat wir vernemen, dat weder dit vorscreven verbont were, of dat die vorscreven heren ind steden of ir lant, lude ind onderseissen in eyncher wys krenken of hindern mûchte. Ind des zû eyme ghezughe ind orkonde ind ganser stedicheit hain wir onse inghesieghel an diesen brief dûen hanghen, die ghegheven is in dem iaer ons heren dusentich druhondert zwe ind vunftzich, des anderen daghes na onser vrouwen dach purificatio.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Das kleine Siegel verletzt.

Nr. 335.

Das Erzstift-Kölnische Manngericht spricht dem Erzbischof Wilhelm den Nachlass der im Stift und in der Stadt Köln erschlagenen Juden zu. — 1352, 24. Februar.

Abgedruckt bei Lacomblet III, 508, nach dem Original im Stadt-Archiv. Das erste Siegel, ein rechtsspringender Löwe, mit eilf Glevenspitzen darum, hat die Umschrift: S. Wilhi de Sleida ppoti Colon., das zweite ein Kreuz mit den Virneburger Wecken auf der Vierung, Umschrift: S. secretum Johis de Virneburg ppt. Xanten., das dritte, Petrus, davor eine knieende Figur unter einem gothischen Bogen, Umschrift: S. Henrici de Renneberg subdecani Colon., dann folgen die Siegel des Johann von Valkenburg, Ruprecht von Virneburg, Siegfried von Witgenstein, Ludwig von Randerath, Johann von Schleiden, Rorich von Rennenberg, Hermann von Rennenberg, Johann von Saffenburg und Johann von Neuenar Herrn zu Rudesberg, letzteres hat einen Adler im Schilde und die Umschrift: S. Johannis de Nuenar militis.

Nr. 336.

Gränzbestimmung der Judenhäuser, in deren Besitz sich Erzbischof Wilhelm gerichtlich einweisen lässt. — 1352, 24. Februar.

In goits namen amen. It si kûnt, dat de eirbere in Christo vader ind heirre her Wilhem ertzbusschoff zû Colne comen is in dat ghericht ind hait sich doin erdinghen ind geweldigen an alsulge erfnisse ind erve, as die iûeden, die wilne zû Colne gesessen waren, na irme dode gelaissen haint, wilghe erfnisse ind erve geleegen synt binnen den tirmpten ind der geleegerûingen herna geschrieven: dats zû verstain van deme orde des hûys zû Rine wert gelegen up der gassen under runtzhuteren bis an dat ende des burgerhûyss deme orde alreneist geleegen, hinden zû mit iren zûbehoren, ind vort van dem anderen ende desselven burgerhûyss zû der martportzen wert bis an der martportzen capelle, hindenzû mit iren zûbehoren, ind vort van deme orde des hûyss

da entghein over zû velde wert geleegen bis up dat ort der engher 1352
gassen, die tghein der vurscrievene burgerhûyss zû sente Laurentius wert gheyt ind van demselven orde dieselve side vyss bis up dat ort tghein herin Morarts huysse geleegen, ind datselve ort umbe bis an Heynrics Goltsleegers hûys, hinden zû mit iren zûbehoren, ind van deme orde tghein dat ort over an meisters Johans hûyse van Eederen des goltsmiets geleegen dieselve side wieder in wert bis up dat ort derselver gassen tghein dat vurgenante burgerhûys geleegen, hinden zû mit iren zûbehoren, ind van demeselven orde die gasse zû den runtzhuteren neder wert gelegen bis up dat ort van der botengassen hinden zû mit iren zûbehoren, ind van deme orde der botengassen datselve ort umb zû der Minnerbruedere cloister wert bis an dat hûys zû den boten, hinden zû mit iren zûbehoren, ind vort van dem hûyse zû den boten upper wert bis an dat hûys zû der Liepen, hinden zû mit iren zûbehoren, ind van verin Yden hûyse da tgheinover geleegen die gasse wieder in bis an dat bachûys up deme orde under rûntzhuteren geleegen, hinden zû mit iren zûbehoren; ind want da nyemant erscheyn, de wiederstenteniss dede, so wart sine aneweldinge stede gedeilt, ind gaf scheffenurdel, dat men un darane schriven seulde, also dat hee die mit reicht behalden moechte inde wenden ind keren, an wat hant hee weulde, behelteniss alre mallichs sins reichts.

Actum et datum anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo, in vigilia beati Mathie apostoli, et scriptum sub anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, sabbato post annunciationem beate Marie virginis.

Aus dem Judenschrein.

Nr. 337.

Erzbischof Wilhelm überträgt dem Johann vom Horne und Emund Birklin den ihm zugefallenen Antheil an den Judenhäusern. 1352, 24. Februar.

It si kûnt, dat der eirbere in Christo vader ind heirre her Wilhem ertzbusschof zû Colne vûrscreven hait gegheeven ind verlaissen herin Johanne vanme Horne ritter ind scheffene ind Emûnde Birckelyn, de zu Beyen woint, burgeren zû Colne, alle die vurgenoimpde erfnisse ind erve, so wie ire geleegenheyt van tirmpte zû tirmpte vurgeschrieven steit, ind also, as hee daran geweldiget is mit allen iren zûbehoren, also dat sy alle die vurscrievene erfnisse ind erven mit allen iren zûbehoren mit rechte behalden mûegen ind die zûmale of in deyle wenden

1352 ind keren müegen, an wilghe hende sy willent, also doch dat sy alle dat gelt ind allen nütz, de danaf compt ind comen sall ind ervallen, lieveren ind hantreeken süelen half deme erztenbusschove van Colne vurscreven ind half der stat van Colne up die rentkamer mit vurwerden ouch, würde irre eynich aflivich, ee dat erve zůmale verkoicht werde ind verussert, dat dan der vurscreven ertzbusschof van Colne, off hee eme zůbehoirte, and die stat van Colne, of hee ir zubehoirte, süelen eynen anderen in des affgainden stat wieder setzen, de geliche maicht haven sall, as derghin hadde, de afgegangen were, ind des afgainden wyf ind erven en suelin an deme vurscreven erfnisse of an deme nütze, de daaf comen were of queme, engheynrehande recht haven noch behalden noch sych eyngs rechts darane vermessen eyngher wys.

Datum ut supra.

Aus dem Judenschrein.

Nr. 338.

Johann vom Horne und Emund Birklin, die bevollmächtigt sind, die Liegenschaften der Juden zu veräussern, versprechen, den Ertrag zur Hälfte an den Erzbischof, zur Hälfte an die Stadt Köln abzuliefern. — 1352.

Wir Johan vamne Horne ritter, scheffen, ind Emunt Birkelin van Beyen, burgere zu Coelne, doin kunt allen luden, want unse eirwerdige in Christo heirre her Wilhem der ertzcbusschof zu Coelne üyssgegangen hait zu unsen henden alsulchs erfs, dat die iueden zu Coelne gelaissen haint, dat binnen Coelne geleegen is, dat yme ervallen was, ind dat hee vort mit gerichte an sich erdingit ind ervoilgit hait, ind hee uns an datselve erve mit deme gerichte, as zu Coelne gewoinlich is, geerft hait, ind sich danaf unterft zu unsen henden, also doch dat wir datselve erve vort verkouffen ind veruyssern süelen ind dat gelt ind den nutz, die danaf coempt, antwerden ind reycken suelen unsen vurschreven heirren van Coelne ind der stat van Coelne semenclichen, so bekennen wir vür uns ind unse erven zu ewigen daigen, dat as van des vurschreven uyssgains ind updraigens weegen des vurschreven erfs, dat overmitz unsen vurschreven heirren van Coelne zu unsen henden geschiet is, noch van gheynre besitzungen weegen desselven erfs zů eynghe zyt, kürt of lanck, noch van der geschrichte weegen, die zu unsen henden van demeselven erve geschiet sint, wir noch unse erven, gheynreleye langer of vurder reicht of erfschaf an eynghme deme vurschreven erve noch gheynreleye reicht an alsulchme gelde, as umb datselve erve ge-

gheeven of betzailt wird, zu unser of unser erven behalde, nutze of 1352
urbare gewunnen of erkriegen hain, noch in eyngher zyt erkrygen of gewunnen muegen dan asviel, dat wir dat eirste ind dat snelste dat wir kunnen datselve neemeliche erve weder verkouffen ind uyssern süelen zu deme meisten nûtze ind zu deme hoisten, dat wir dat brengen kunnen, uns of ymant van unser weegen gheynreleye vûrdeil of winnunge darume zu süecken, dan alleyne zu nutze ind zu deme besten unss vurschreven heirren van Coelne ind der stat van Coelne semenclichin, ind wir suelen alle zyt as desselven neemelichin erfs yet verkouft wirt, sunder vertrecken ind sunder wederspraiche desselven verkouften ervis uyssgain zu hende derghienre, die dat geldent, ind un navoilginge doin an die schryn ind sy daran doin schriven, ind an allen den steiden, da sich dat geburde, so wie dat zu Coelne in der stat ind desselven erfs reicht ind gewoinde is, ind wir suelen vort alsulch gelt, as umb datselve neemeliche erve betzailt wirt, sunder vertrecken ind sunder wederspraiche, alle zyt as dat vellit, vort hantreicken dat halfscheit unsen vurschreven heirren van Coelne ind dat ander halfscheit der stat van Coelne, ir yclich iren willen damit zu schaffen, ind wir suelen gheynreleye sin, behentgheit, argelist of hindernisse darin keren, heymelichin of offenbair, oivermitz uns of ymant anders, warby unse vurschreven heirre van Coelne ind die stat van Coelne noch ghein van un eynich gebrech, hindernisse of achterdeil gewunnen in den vurschreven sachgin van unsen weegen, also as wir allit, dat hie vurschreven is, truwelichin ind entlichin zu doine ind vaste ind stede zu halden, unsen vurschreven heirren van Coelne ind der stat van Coelne semenclichin in truwen gesichgert ind geloeft hain ind geswoeren zu den heiligen. Ind des zu eynre urcunde ind ewigher stedigheit, hain wir unse ingesigele an diesen brief doin hangen.

Gegheeven int iair unss heirren dusent druhundert ind zweyindvunftzich.

Nach dem Original im Stadt-Archiv. Die beiden Siegel gut erhalten.

Nr. 339.

Der städtische Procurator Petrus de Virtute gibt die Erklärung ab, dass der Rath an der gegen Reinald von Spanheim, Ernest von Molenark und den Diener des Letzteren verübten Gewaltthat völlig schuldlos sei. — 1352, 2. April.

In nomine domini amen. Noverint universi hoc presens publicum instrumentum visuri et audituri, quod sub anno a nativitate eiusdem

